

## **Intellectus Regenitorum Debilitatibus Non Paucis Aut Parvis Obnoxius**

Rostochii: Typis Joh. Weplingi[i], [1709]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003415849>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 12.Oct.1709

Weidener, Jo. Joach.







J. N. J.

580.  
No. 38.

18

**INTELLECTUS  
REGENITORUM  
DEBILITATIBUS  
NON PAUCIS AUT  
PARVIS OBNOXIUS,**

CONSENSU SUMME REV. FACULTATIS THEOLOGICÆ

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

PRÆSIDE

**JO. JOACH. WEIDNERO,**

PHILOSOPH. ET SS. THEOL. D.

VERBIQUE DIV. MINISTRO,

Anno 1709. D. 12. Octobr.

In Academia Rostochiensis Celeberrimæ

AUDITORIO MAJORI

Eruditorum Censuræ & Amico vindicabitur Congressui  
per

**JOH. CHRISTOPH. FRESEN,**

Westenbrügga-Megap. SS. Theol. Stud.



ROSTOCHII,

TYPIS JOH. WEPPLINGI, SEREN, PRINC. & ACAD. Typogr.

**VIRIS**  
**PERILLUSTRIBUS, EXCELLENTISSIMIS**  
**ATq; GENEROSISSIMIS**

**DOMINO**  
**JOACHIM MARTINO,**  
NOBILI DOMINO ab UNVERFEHRT  
SERENISSIMI DUCIS REGENTIS MEGAPOLITANI  
MINISTRO STATUS PRIMARIO ET CONSILII  
INTIMI DIRECTORI.

**ET**  
**DOMINO**  
**JOHANNI A KLEIN,**  
SERENISSIMI DUCIS REGNANTIS ME-  
GAPOLIT. MINISTRO, CONSILIARIO INTIMO,  
CANCELLARIO. &c.

**UT ET**  
S. M. POTENTISSIMÆ REGINÆ PRUSSIACÆ CON-  
SILIARIO STATUS INTIMO

Ac deniq;  
**VIRO GENEROSO, PRÆNOBILISSIMO**  
**ATq;VE AMPLISSIMO**

**DOMINO**  
**ABRAHAMO DUVEN,**  
SERENISSIMI PRINCIPIS MEGAPOLIT. REGNAN-  
TIS CONSILIARIO AULICO ET SECRETARIO INTIMO

*DOMINIS SUIIS & PATRONIS GRATIOSISSIMIS*

ténue hoc Specimen

*Devotissimo offert Obsequio*  
EORUNDEM  
Humillimus cliens  
**FRESE**

# PRÆFAMEN.



A semper est curiositatis effrenatali-  
 bido, ut licentiam consvetudinis in-  
 star & prurimum controvertendi in-  
 novandiq; velut circumspēctissimam  
 ingerere soleat prudentiam; Qvam-  
 vis & hanc teterrimi mali pandoram  
 virulentissimis immiserint ductibus,  
 Viri qui vel incendiarios superave-  
 runt malitiā, tot tamen fucis obducitur lepra & sub tanta  
 sarmentorum multitudine latet natrix, ut prævio scrutamine  
 devotissimo decidi tantummodo possit;

Est urtica suo non injucunda virore,  
 Vere novo, quando gramina læta vigent?  
 Ast illam si forte manus contingat inermis  
 Incautam feriet fraude latente manum,  
 Sic simulata quibus vafro sub pectore mens est,  
 Fronte patente placent, fraude latente nocent.

Exemplū proh! nobis his eqvidē diebus subministravit haud  
 spernendū Controversia ā Novaturientibus mota: *An sc. Con-  
 versio, An & sanctificatio incipiat ā Voluntate? Et: Num Intellectus  
 Voluntatem? An verò Voluntas perficiat Intellectum?* Nos, si ut  
 problema quoddam venisset concertatio & æqvanimis ad  
 fuisset procedendi modus, tempori fortean, quod multa do-  
 cet, plura commissemus, sicuti & certum est, daß man  
 sich unferes Orthes zu dieser Controversie nicht genöhtiget/  
 sondern lieber in der einfältigen Bekäntnis / daß Verstand  
 und Willen beyderseits müsten gebessert werden / cæteris  
 paribus geblieben wäre und die subtilere Untersuchung sich  
 nicht aufgeladen hatte; Allein die so unsere Kirche irre ma-  
 chen / haben uns / wie zu andern subtilen Streitpuncten /

A

also

also auch hiezu genöthiget/weil Sie die Lehre / es müste die  
 Belehrung vom Willé anfangen inculciret (sunt. hæc verba  
 Collectorum Operis istius eximij quod sub rubro des Alten  
 und Neuen cognitum satis, ad *Annun* (1707. p. 871.) Sed atro-  
 cissimis ebullivere spumis scaturigines rixarum; videris,  
 quod crediderim, rivulos non amplius adeò recentes, apud  
 Bohmerum in tractatu, *De Jure Parochiali Sect. I. Cap. I. §. X. p.*  
 „ 17. ubi fæculentis hisvolvuntur undis: Putat tamen non ne-  
 „ mo à potiori hic denominationem faciendam, si sc. potior  
 „ pars in Ecclesia externa in unione cum Deo consistat. Rectè;  
 „ sed unde hoc constat? Responder ille, *ubi verbum Dei purè*  
 „ *docetur & Magistratus in puniendis delictis officio suo usq.*  
 „ *divinè satisfacit.* Sed certe hoc *νώεσμα* Ecclesiæ realiter  
 „ & verè Christianæ falsum & insufficiens est. Rectius meo  
 „ judicio philosophatur JCtus pius Dn. Schilter, *de fat. Ec.*  
 „ *clesiæ divinitè revelat. §. 6.* asserens, *natam verè ac purè Eccle-*  
 „ *sia esse zelum atqve studium perfectionis in praxi Christianismi*  
 „ *& charitate erga proximum, hanc partem à Deo adeo requiri, ut*  
 „ *ea deficiente sola doctrina puritas & evitatio externorum scele-*  
 „ *rum non possit declinare interminatam poenam extinguende lucis*  
 „ *Evangelicæ.* Num enim puritas doctrinæ unit homines cum  
 „ Christo? aliter Christus Matth. VII. vers. 21. provocans ad  
 „ eos, qui voluntatem patris celestis adimplent. Sed ita com-  
 „ munis est doctrina, dum communis persuasio ex, paganizante  
 „ Philosophia eò homines reduxerit, ut voluntatem à rectitu-  
 „ dine Intellectus regi & corrigi putent. Ast hic materies omnis  
 „ mali & semen tot calamitatum, quibus adhuc Ecclesia. affli-  
 „ cta est. Orta hæc sunt cominò ex mari profundissimæ eruditi-  
 „ onis, simul & proh! perditissimi Indifferentissimi (Exc: Tho-  
 „ masium indigito) sic etenim hic denuo in den *Usserlesenen*  
 „ und in *Teutsch* noch nie gedrückten *Schriften* p. 241. profi-  
 „ tetur *de Intellectu voluntatem emendante; Dieser schäd-*  
 „ *liche*

582  
liche und allen Heidnischen *philosophis* gemeine Irthum/  
daß der Verstand den Willen verbessere / kömpt daher / daß  
Sie das Wesen **GOTTES** in einer Betrachtung mit den  
Gedanken/und nicht in der Liebe gesucht / daher sie auch  
hernach das Wesen des Menschen in seinem Gehirn/nicht  
im Herzen/gesuchet und gesagt / daß ihre Philosophie, wel-  
che lehren solte/ wie ein Mensch **GOTT** gleich werden mü-  
ste / bestunde in der Lehre / wie man den Verstand rein-  
gen/und Wahrheiten erfinden/und in einer Idealischen Be-  
trachtung des Gehirns vom Wesen der Dinge/und dem Ver-  
stande das Ampt eines Rathes/dem Willen aber das Ampt  
eines Königes zu geleet / und andere noch ungereimere  
Fabeln erdacht / welche allenthalben und in allen dreien  
Religionen des Römischen Reiches / so viel mir wissend/  
herrschen / und ist daraus unter andern auch die falsche  
Regul entstanden : daß der Hirn Glaube die Liebe im Her-  
zen erwecke. Da doch ein jeder Mensch/der das Wesen des  
Menschen eigentlich betrachtet / unwidersprechlich siehet/  
daß alles Verderbnis und Verbesserung des Verstandes von  
dem Willen und seinen Affecten herrühre und also der Begriff  
der Wahrheit im Verstande niemahls von sich selbst etwas  
guthes im Willen zu wege bringe. Non potuit non eadem  
forbere lacunas Berolinensium Ecclesiastes celebratissi-  
mus Dn. Joach. Langius in *Medicina Mentis* Part III. Cap. III.  
s. XXV s. nam omnia Exc. Thomasio & Poireto defert vid.  
prætat. s. XI; Doleo interim speciatim viri hus inexcusabi-  
les vices & cum Augustino adversus crenam ejus *armatam*  
*felle veneni conqueror contra, Petilian Lib. II. c. 14. Id ipsum vipere-*  
*um est, non habere in ore firmamentum veritatis sed venenum ma-*  
*ledictionis, sicut scriptum est, venenum aspidum sub labiis eorum,*  
*quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Nam*

*Nihil est, Antipho,*

A :

*Quin*

*Quin male narrando possit depravari.  
Tu id quod boni est excerpis, dicis quod mali est.  
Terentius in Phormione.*

Cum igitur cardo omnis controversiæ potissimum nitatur clara Intellectus atque Voluntatis consideratione, in emendationem & penitentiorem mei cognitionem de Intellectus debilitatibus, in quantum ipsos etiam Regenitos sorte quæpiam conspurcant, aliqua commentari sustinui, quò postmodum planior pateat via, illustrandi hæc, quæ Emendationem Intellectus involvunt. *Deus autem sanctissimus illustret intellectum atque sanctificet voluntatem nostram per Dn. Jesum Christum & ejus salutarem atque unicam veritatem! Amen!*

## TRACTATIO.

§. I.

**D**emonstraturus; quod Intellectus etiam Regenitorum debilitatibus haud paucis ac parvis sit obnoxius, unde postmodum indies suscipienda urgetur emendatio, de facultatibus Animæ aliisque ad Pnevmaticam quædrantibus prolixus impræsentiarum non erò.

§. II. Sed sufficit mihi, quod homini non possit disputari facultas distinctè reflectendi super conceptus & cognitiones vid: B Schomeri *Theol. Mo: Cap. III. §. 3. p. 63.* quod item Intellectus ea in specie sit vis, ut naturam humanam contemplando, quid justum, quidve injustum, quid bonum, quid malum, quid honestum, quid turpe sit utcumq; assequi possit Cont. Buddeus in *Analect. Hist. Phil. p. 142.*

§. II. Sicut verò Sacer codex primævi status perfectionem pluribus effert, ita de Intellectu hominis primi complexum omnis excellentiæ videres, si considerationi propius admovereris. Ast quemadmodum per Originale Peccatum omnis spiritualis perijt perfectio, & contraria quædam

quædam successit ac invaluit depravatio, quæ totum hominem accidentaliter equidem sed penitus & adeò miserè destruxit, ut nec naturalia manserint prorsus immunia, quæ potius continuis subsint malis; Ita intellectus etiam non tantum amisit facultates spirituales, quas in Adamo & naturales & supernaturales quam justissimè dixeris, sed & ipsæ naturales ita debilitatæ ac corruptæ, ut defectus ac debilitates sentiamus quotidie tristissimas; quamvis & per gratiam Sp: S convertamur atq; vis meriti Christi ad nos efficacissimè redundet, hujus tamen vitæ ratio & status præsentis fragilitas, querelas, dolores & mala nunquam absorbet penitus, sed continuis auxiliis medetur demum, cum tollere ac sanare non valeat omnino.

§. III. Indiget ergo respectu utroq; & tam quoad potentias Spirituales quam naturales Intellectus noster sua correctione ac emendatione, & quamvis per apprehensionem meriti Christi, quæ sola contigit fide, Deo conciliantur Conversi, dum non tantum viva atq; salutaria haurerunt dogmata, sed & juxta hæc ipsa atq; vi horum aperuerunt cor suum ut intraret sponsus animæ Apoc. III. 10. non tamen impeccabiles fiunt conf. 1. Reg. VIII. 46. qui potius quotidiana egent pœnitentia, exprecatione V. Orationis Dominicæ Matth. VI. 12. Conf. Psalm. XXXII. 5, 6.

§. IV. Erit hoc clarum circa nostrum Intellectum, si demum extantiores defectus examinaverimus. *Intellectus itaq; Regnitorum & Conversorū reinet in genere suas obscuritates quibus cum ad mortē usq; homines etiā piissimi conflictantur.* Svatissimo equidem nexu Paulus ad Eph. Cap. V. 8. scribit: *Ἦν ἄρα πρὸς τὸν θάνατον, ὡν ἡ φῶς ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Eratis quondam tenebræ, nunc autem (estis) Lux in Domino.* Sed operæ pretium erit, ut cuncta solidè discutiantur; Optimè igitur B. Glassius ad præsentem commentatur locum *i bibl. sacræ p. m. 557. Eratis, inquit ali-*

quando eratis ☉ tenebra, nunc autem estis ☉ Lux in Domino  
h. e. Eratis ☉ tenebricosi, tenebricosi, intellectu ☉ affectu, eratis tene-  
bris ignorantia, ☉ malitia undiq; obsepti Cap. IV. 18. nunc autem  
☉ tenebricosi lucidi seu illuminati estis à Spiritu S. ☉ Vester intelle-  
ctus ☉ didicit ☉ est ☉ Voluntas ac cor sanatum ☉ purifica-  
tum 1. Cor. VI. 11.

§. V. Non equidem me fugit, quàm avidissimè Fanati-  
cia assertum cupiant errorem, quod imago divina ante lapsum  
Lux fuerit plena, post lapsum vero Lux impedita peccati nebulis.  
Vid. D. Zieroldi *Synopsin Verit. Div. Art. XII. Th. I. p. 260.* Nec  
equidem negaremus quod Imago divina sensu metaphori-  
co lux dici possit. Vid. Apolog. A. C. p. 54. id enim quod ob-  
tineat, docuerunt diu Glassius Pfeifferus & Philologorum  
plures: Ast etiam si cæteris paribus, quis defendere cupe-  
ret, quod Deus propriè Lux possit dici & Jesus Christus hac  
ratione sit ☉ *πύρασμα* propriè dictum vid. Diss. nostra quæ in-  
scribitur. *Christus ex Bibliis Imago Dei* ☉ *σφ. sp. xxii.* exinde  
tamen quàm ægerrimè sequeretur, quod biblicè etiam imago  
Divina fuerit dicta aut dici potuerit Lux & quidè propriè ta-  
lis; solius enim Filij Dei est ☉ *ἀγίωμα*, quod sit ☉ *ἀνάγασμα τῆς δόξης*  
lumen de lumine ut verba Pauli Græca Ecclesia optimè exposuit,  
☉ tale quidem lumen, quod sit ☉ *κατατῆς τῆς ὑπερσώσεως τῶν πνεύμας*,  
(Scribo hæc ex Bucheri *Mens Pietist.* p. 495.)

§. VI. Et præterea, quod maximum, detestabitur  
omnis pius Lumen illud fanaticum, de quo Eruditissimus  
Bucherus l. c. p. 493. claram hanc dedit descriptionem, quod  
sc. sit, ex errore fanatico, *Virtus quædam divina, spiritualis ac  
luminosa, ex DEI essentia seu fonte omnis lucis, emanans, ☉ fun-  
dum anime, h. e. non tantùm ejus facultates, per quas se ad  
☉ & res visibiles exporrigit, sed ipsam essentiam afficiens, in-  
timeq; pervadens, qua homo non tantùm idoneus redditur ad ope-  
ra lucis, quatenus operibus tenebrarum opponuntur ex se elicienda  
☉ legi*

& legi divina convenienter prestanda ut DEO placeant, sed etiam ex illo anima sua fundo intellectus, voluntatis & affectuum radios (quos Mystici emanationes, Caballista Sefhiroth, Plato ideas vocant) evibrare & per eas in aliorum animos penetrare, ut ex illorum contactui intimo sentiant, quomodo u erga se animatus sit; etiamsi per alia signa ratiocinativa animi sensa nondum indicavit, & deniq; mens ipsa in Deum rapi ac in originem suam redire possit.

§. VII. Apage has Enthusiasmi fabulas, certum nobis est, quod de jamdum conversis & in statu sanctificationis existentibus sermo sit: Hi itaq; dicuntur *Lux in Domino*, quia verbum Dei est *Lucerna Pedibus & Lux semita ipsorum*. Psal. GXIX. 105. gratia enim Sp. S., quam dicimus sanctificantem, conservantem & confirmantem, sistit, corpora nostra sacrificium vivum, sanctum DEO. . . ut non conformemur mundo, sed transformemur renovatione mentis, ut probemur, quae sit voluntas Dei &c. Rom. XII. 12. & hac eadem ratione semita justorum est sicut lux splendoris, pergit & illustratur usq; ad summum diem. Prov. IV. 18.

§. VIII. Non tamen splendor hic adeo perfectus & lucidus id reperit, ut nullis nebulis contegatur, quin potius maculis obscuratur quandoq; & saepissimè, imò semper ferme, quamvis enim quod cognitionem intellectus spectat, gratias agere possint DEO, quod in omni divites facti sint in Christo, in omni verbo & omni cognitione, utpote in quibus testimonium Christi confirmatum, ita ut non indigeant ullo dono Conf. 1. Cor. I. 5. 1.; indigent tamen hujus cognitionis augmento atq;ve accessu quotidie, sic idem Paulus super jamdum regenitos Ephesios Cap. I. 17. preatur, ut DEUS Domini Nostri Jesu Christi *fi det ipsis Spiritum sapientiae & revelationis in cognitionem sui* &c. cont. 2. Pet. III. 18 & super Colossenses eodem modo sanctificatos orat, ut *impleantur cognitione voluntatis ipsius in omni sapientia & intelligentia spirituali* &c. Col. I. 9. 1. qui de semet

femet ipso, suoq; & commilitonum suorum officio 2. Cor. VI 6. testatur: quod Deus iste, qui dixerit ut ex tenebris lux lu-  
ceret, in cordibus docentium illuxerit s. lucem dederit in hunc  
scopum, ut *Quoties tñs viros excitaretur per ipsos.* Ubi ex-  
presse non tantum illuminatio, sed illuminatorum ulterior  
collustratio intelligi debet.

§. IX. Exemplum nobis traditur manifestissimum  
Marc IX. 24. ubi Pater obsessi filii, ad quæstionem Jesu cum  
lacrymis respondet: *Credo Domine; Juva meam incredulita-  
tem!* & eodem Capite vl. 19. increpat sanctissimus Salvator  
discipulos suos regenitos his verbis: *O generatio infidelis,  
quousque sustineam vos?* patet itaque, quod vel ipsi Regeniti  
suis laborent imperfectionibus, quoad ista, quæ ad Intelle-  
ctum referri potissimum debent. Plura ad citatum Marci  
locum congeffit B. Winckelmannus in Commentario suo ad  
Marcump. 266. his verbis: *Sanctos etiam & renatos non pror-  
sus ab incredulitatis vitio in hac vita immunes esse exemplo Di-  
scipulorum Christi edocemur, qui accepta licet potestate a Chri-  
sto super omnia Dæmonia Luc. IX. 1. ob suam tamen incredulita-  
tem hic in sanatione hominis Dæmoniaci deficiunt & succumbunt,  
eoq; nomine à Christo graviter objurgantur. Similis incredulitas  
& diffidentia cadebat in Virum DEI Mosem, cum DEO promit-  
tenti, se magnam populi multitudinem carnibus saturaturum fi-  
dem derogaret in deserto: Sexcenta, inquit, millia peditum  
hujus populi sunt, & tu dicis: Dabo eis esum carniū mense in-  
tegro. Numquid ovium & boum multitudo cadetur, ut  
possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in unum congre-  
gabuntur, ut eos satient? Sed quid audit? Numquid manus  
Domini invalida est? jam nunc videbis, utrum sermo meus  
opere compleatur &c. Num. XI. 21. s. Ita & Thomas increduli-  
tatis morbo laborabat, cum postpositis Prophetarum vaticiniis,  
qui Christi resurrectionem ex mortuis prædixerant, Christi asse-  
verationibus,*

verationibus, Apostolorum testimoniis, quibus vicus apparuerat, nollet tamen credere, Christum e mortuis resurrexisse. Cum verò neq; Christus suos discipulos nominatim Thomam neq; Deus Moysem ob incredulitatem & diffidentiam suam à se repulerit, sed potius erectos in gratiam receperit, non tamen sine salutaribus obijurgatione, semper recordemur nos illius effati consolatorij apud Es. Cap. XLII. v. 2. Calamum quassatum non conteret & linum fumigans non extinguet. Interim diligenter oremus cum Patre lunatici: Credo Domine, sed succurre incredulitati mea.

§. XI. In hunc scopum citra omne dubium Apostolus Paulus i. Cor. XIV. 20. adhortatur: fratres ne reddimini pueri mentibus: sed malitia estote infantes, mentibus verò perfecti reddimini. Et quem parallelum hic fecero locum, ad Ephesios Capite IV. Christum exaltatum asserit dedisse Ecclesiæ Ministros huic fini, ut v. 13. Perueniamus omnes in unitatem fidei & cognitionis filii Dei in Virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut non amplius simus infantes fluctuantes & circumlati omni vento doctrinae per defraudationem hominum & astutiam ad ambages erroris. Incomparabilis ut in omnibus ferme, sic et hic est B. Æg Hunnius ad locum ultimum post multa sic scribens: Comment. in Ep. ad Eph. Cap. IV. p. 188. Quemadmodum ipse Dominus ab infantia suæ ætatis progressus quosdam fecit, corroboratus spiritu, proficiens sapientia & ætate, & gratia apud Deum atq; homines, donec ab uno ætatis gradu ad alterum in plenam ætatem virilem suam processit: Sic & Christiani Spiritus incremento in fide & agnitione Christi in virum perfectum proficiant. Quod non de omnimoda perfectione Paulus intelligit, quæ in altero expectatur seculo; sed hac tantum notatur perfectio, quæ jactis in fide radicibus, homo neq; hereticorum astutiis neq; ullis Sathanae fraudibus atq; dolis à fundamento salutis Jesu Christo dimoveri potest. Quemadmodum ipse enarrat sub eadem similitudine ita pergens:

B

ut

Ut non amplius simus pueri &c. quasi dicat: Sicut Viros in communi Vita non decet puerorum more esse leves & inconstantes; sed neq̄, ita rerum imperitos, ut decipi facile, vel in fraudem induci se patiantur: Sic Christianos ad hanc maturitatem fidei decet contendere, ne fluctuent in rebus fidei, vel se instar arundinis hinc inde agitari, aut in modum naviculæ destituta gubernatore suo huc illuc propelli sinant &c. &c. Addatur Calovius *Bibl. Illustr. ad l. c.*

§. XII. Ne cum fundamento quisquã dixerit, quod cognitionis istius modi augmentatio & emendatio, defectus morales per se involvere non videatur, quæ potius sit boni bona continuatio; Contrariū enim in peccatorib; omnes dant circumstantiæ, & Paulus citra dubiū hoc respicit momentum, quando 2<sup>a</sup> Cor. IV. 7. scripsit: *Portamus verò thesaurum hunc in fictilibus vasis, ut excellentia potentia sit Dei & non ex nobis.* Quid etenim intelligere potuit oppositione istiusmodi, quam hoc, Doctores sc. & quosvis regenitos thesaurum cognitionis divinæ & Regni cœlorum cont. Matth. XIII. 44. portare in semet velut milites Gideonis, quemadmodum enim hi faces gestabant in medio hydriarum vacuarum Jud. VII. 16. addatur Polus *Synops. Critic. ad l. c.* Sic etiam isti qui sunt ὁμοιοπαθεῖς reliquis hominibus A&T. XIV. 16 iisdemque perturbationibus obnoxii Vid. Leigh. *Critica Sacra N. T.* p. 472. portant gazas cognitionis cœlestis in fictilibus vasis; *Vult, itaq; dicere Apostolus (Verba hæc sunt S. Rev. L. Dassovii in Dissert. de Emphasi sacrar. Voc. ex Vet. Hist. Hebr. repetenda commate VIII.) Licet habeamus corpora labe peccati inquinata, à prima conceptione, & qua faciliè novis peccatis inquinata, ac præterea non nisi morte liberari ab illa pollutione queant, tamen thesauros portant celestes, vasis pulcherrimis & purissimis dignissimos, ut doctrinam sanctissimam non contaminari vasis immundis pateat, sed ea potius consecret. &c. collimat & horum*

horum nota Hedingeri ad l. c. quæ sic fluit: Wir haben aber solchen Schatz in irdischen Gefäßen. Er ist nicht in Mischel Gefäßen / die leicht zerbrechen / leichter als Glas und Schwerben / deutet damit auff seinen und ihre Schwachheit / Blödigkeit / Christi Knechte und so hocherleuchtete Leute zu sein.

§. XIII. Adegit quod antenus in sententiam nostram sanctissima Verbi divini Veritas D. Jo. Mich. Langium Prof. Altorffinum, qui aliàs pro! pleno in Pietismum rapitur fluxu, ut in Dissertatione *de illuminatione fidelium*, quæ pluribus in locis itidem fanaticis oberrat chordis, & quidem §. XXIX. scriberet: Porro observandum est, quod quando quæritur, *sitne subjectum, de quo hoc loco loquimur, cor hominis spiritualiter mortuum? an vero cor hominis jam vita spiritualis vires consecuti?* facilis responsio fit. Supponi in Illuminatione cor antea obtenebratum, sive tenebræ illæ adeo dominantur in homine, ut adhuc planè sit excæcatus, (in quo calu referimus illuminationem ad Regenerationem s. conversionem strictè talem) sive sint reliquæ Peccati Originalis (rectius dicerem: *sive sint passio peccati Originis perpetua in regnitu etiam semper actuosi*) post regenerationem & primam conversionem ipsamque justificationem aliquo modo (rectius: *duro pro! modo*) residuæ (& sic non negamus etiam in Renovatione & sanctificatione, quæ nihil aliud est, quàm quædam Regenerationis s. conversionis continuatio dari adhuc quandam illuminationem) Unde utrumque concedi potest (*& omninò debet*) pro diversa acceptione. Illuminandum est præcipuè cor planè excæcatus & spiritualiter mortuum: Sed cum in prima illuminatione non omnes simul & semel dispellantur tenebræ mentis, (*qua nec unquam dispellantur prorsus in hac quidem vita*)

B 2

quid

q̄, quid mirum, si quædam illuminatio etiam in Renovatio-  
nis negotio adhuc quæretur.

§. XIV. Quæ hætenus de cognitione aliquatenus sunt dicta, lucem habebunt, si & de reliquis suscipiatur Disquisitionis; Deficit itaq̄ Intellectus regeneratorum in dijudicatione, nec tantum de Impiis dici poterit, quod nesciant Scripturas & δὲ ἄπιστοι Matth. VI. 13. XXII. 29. Sed & regeni atq̄ credentes quotidie experiuntur Intellectus in dijudicando defectus; Testis fuit experientia satis firma, sic Assaphus Ps. LXXIII. 15. s. profitetur, quod molestia fuerit in oculis suis nec solide satis dijudicaverit sortem impiorum donec in sanctuaria Dei intraverit, & Jobus ex pari mentis debilitate dicitur; obtenebrans consilium in verbis Cap. XXXIIX. 2. Seu proferens consilium tenebricosum, h. e. tenebris ignorantia plenum. Vid. Schmidius in Comment. ad l. c. quod ipse Jobus agnoscit Cap. XLII. 1. s. XXXIX. 37. 38. Quin tandem, quod omne trinum sit perfectum Petrus reprehensibilis factus est Gal. II. 11. s. & discrimen fecit per se ipsum Conf. Jacob. II. 4. Addatur B: Christ: Chemnizii Collegium Theol. in Ep. ad Galatas Dissert. II.

§. XV Comprobat idem hodierna observatio, cum vel eruditissimi & pientissimi Theologi exemplum hujus rei haud dederint vulgare; Temeraria sunt proinde Carthesii opinata, quæ Princip. Philosoph. Part. I. p. 2. n. VI, his fluunt lineis; Hanc in nobis libertatem esse experimur, ut semper ab iis credendis, quæ non planè certa sunt & explorata, possimus abstinere; atq̄, ita cavere, ne unquam erremus. nos contraria quævis advertentes, cum B. Schomero Theol. Mor. p. 77. C. III. §. II. scribimus: Quamquam hominem integrum ita conditum fuisse facile largimur, ut ita se continere potuerit, ne quid nisi certò exploratum affirmaret,

*affimaret, vel negaret; Ut nunc tamen sumus homines, nimis debilitata sunt intelligendi vires, & pronus voluntatis est ad prævum impetus, ne vel animadverti omne ejus vitium, vel corrigi queat &c.* Et hæc erat causa Davidi, qui precareretur Pl. CXIX. 33. I. *Doce me Jehova viam statutorum tuorum, ut custodiam eam usq. ad finem. Intelligere fac me, ut custodiam legem tuam & observem eam in toto corde &c.* ubi Coccejus fortean ad v. 34. non malè commentatur: *fac me prudentem ad dijudicandum differentia.*

§. XVI. In pelagus probationum non; vero, nec intima Principū scrutabor arcana, consideraturus, qvot vicibus, qvibus modis & conditionibus in dijudicandis ijs, qvæ Reipublicæ profunt, adsit & se ingerat error atqve deliquium? Neqve Medicorum miscebor curis, an in dijudicandis morborum causis & remedijs sæpissime vel turpiter multi deficient? Nec tandē, qvæ generationum omnes ferme in consiliis & dandis & exsequendis manent difficultates, scrutabor: Nam vel milleni forent casus, qvi intellectus dijudicationem suspectam, labilem & ad vitia declinantem qvoad ipsos credentes atq; regenitos adumbrarent & referrent. De Doctoribus tantum & Divini Verbi Ministris aliqva daturus sum in specie Reqviritur abs his potissimum, ut sint *ἐλάσι*, perfecti Hebr. v. 14.

§. XVII. Hæc vox si de persona adhibetur denotat talem, qvi habitum suum actusqve suos ad præsuppositum & qvem intenderat; deduxit finem: sicut vox *ἐλάσι* qvovis modo ad finem quid deducere indigitat: Unde etiam de adultis dicitur, qvoad sint *ἐλάσι* qvia crescere & adolescere suum ad finem deduxerunt; id qvoad 1 Cor. XIV. 20. ad liquidum prostat, ubi oppositio exprimit, qvoad voce *ἐλάσι* describantur ad justam staturam

B;

turam

turam & magnitudinem elevati, hinc vel ipse Reizius confert dictum 1. Cor II. 6. ubi loco vocis *vollenkommen* notat, poni potuisse: *Die vollkommene* / quod & ad locum jam citatum æqualiter fecit. Illustraret hætenus dicta locus Eph. IV. 13. quem jamdum §. XI. examinavimus, & ad Philippenfes Cap. III. 15. ubi B. Jo. Qvistorpius sic commentatur: *Quotquot igitur præ reliquis in cognitione Christi perfectus fecerunt, & ad ulteriorem perfectionem contendunt (cum enim se ante perfectum esse negasset, nec hic cuiquam illum titulum concedit, sed perfectos eos nominat, qui præ reliquis in doctrina fidei profecerunt & ad ulteriorem perfectionem aspirant) ij idem mecum sentiant, omnem carnis fiduciam abjiciant, in solo Christo & ab ipse parta justitia gloriantur: id agant, ut in Christi cognitione experimentaliter proficiant, sanctitati vitæ studeant, fortiter adversa propter professionem toleranda, superent, ad metam sibi præfixam pergant, obliviscantur illorum, quæ à tergo sunt, & ad illa, quæ à fronte habent, properent, ut braveum superna vocationis in Christo consequantur.*

§. XIX Designabitur itaque quoad idiotismum græcæ linguæ talis perfectio, ex qua isti, qui gratia divina & verbo veritatis enutriti, educati & elevati, vid. Joh. XVII. 23. & 1. Joh. II. 5. ad finem à Deo intentum & quoad receptivitatem suam possibilem pervenerunt, apti sunt ad ista, quæ in hoc suo requiruntur statu, unde Hedingerus ad 1. Cor XIV. 20. hanc adjicit notam: *Vollenkommenheit nach den Gemüthe heisset eine feste Gründliche Erkenntnis / dem wissen der Anfänger entgegen gesetzt & prolixioribus conterri poterit ad dictum 1. Cor II. 6. quemadmodum itidem ad nostrum locum posuit sequentia: Die eine Zulängliche wissenschaft erlanget haben auch geheime Dinge wissen / haben auch die Heyden*

Heyden vollkommen genant / Sie bedeutet es einen  
 woll und tieff unterrichtet in der Schrift / siehe 1 Cor.  
 XII. 20. 2. Cor. III. 11. Contra Pietistarum malè vendita-  
 tam perfectionem, inspecie Dn. D. Breithauptum Dissert.  
*De Perfectione Partium & Graduum Legantur Auctores der*  
*Unschuldigen Nachrichten Anno 1704. p. 46. f. cum innumeris.*

§. XIX. Hi ergo, qui eruditionem Theologicam  
 ad finem propositum & possibilem deduxerunt, & sic  
 facti sunt *Θέλαιοι*, illud velut speciale privilegium atqve  
 exercitium habent, ut porrigatur ipsis *ἡ στερὰ τροφῆς cona-*  
*stans & durior cibus*, sub quo simili juxta intentionem Sp.  
 S. quoad hunc locum veniet explicatio typorum V. T. &  
 veritatum Evangelij, quæ in ijs includuntur, verbi gra-  
 tia collatio sacerdotii V. T. sive Aharonis, sive Melchi-  
 sedeci, cum sacerdotio Christi, ad quam mox transit  
 Apostolus vid. Hammondus ad l. cit. Sicuti alias exinde  
 fluit, quod omnia mysteria exactiori modo considerata  
 possint dici *στερὰ τροφῆς* exempli gratia Articuli fidei fun-  
 damentales tam primarii, quam secundarii in quantum  
 contra Veritatis hostes sunt vindicandi.

§. XX. Et propter hoc equidem momentum adji-  
 citur per Apostolum, quæ hi *Θέλαιοι & στερὰ τροφῆς* enutriti  
 habeant *sensus exercitatos per habitum ad discretionem boni*  
*& mali*. Novaturiens equidem, ut semper, sic etiam  
 huic est Reizius vertens: *Die wegen des Habitus geübte*  
*Sinnen haben*; Sed inter eruditos fortean non malè  
 disceptaretur, *an ex intentione sanctissimi Spiritus his equi-*  
*dem verbis Theologia diceretur habitus, per quem organa in-*  
*tellectualia perficerentur ad discretionem boni & mali?* Cer-  
 tum est, quod eruditio Theologica sit habitus & heic loci  
 etiã expressè sic insigniatur, ex hac etenim, quod animæ  
 spectat vires, sunt *Θέλαιοι* Doctores ac Theologi, qui  
 erudi-

ruditionem ad hunc usq; & debitum deduxerunt in finem,  
 ut principia Theologica alios docere eademq; contra ad-  
 versarios masculè defendere possint; Verùm cum hæc  
 ipsa eruditio non tantùm facultates animæ, sed ipsa etiã  
 sensuum organa & externas actiones perficiat, hinc for-  
 te non minus foret, qvi diceret, quod Theologus non  
 tantum quoad animam ejusq; internas facultates habi-  
 tualiter sit eruditus, sed quod etiam per hunc animi  
 habitum acceperit exercitata sensuum organa, imo  
 ipsum habitum externa organa disponendi & rebus ob-  
 jectis applicandi. Quamvis enim verbum *αιθανομαι*  
 qualemcunq; designet perceptionem, seu hæc sit intel-  
 lectualis, seu sensualis, Vid. Scapula & Leighius, nomen  
 tamen *αισθησιον* non tam sensus, quàm sensuum de-  
 notat organa, ex quo puncto Theologi in explicatione  
 hujus loci ad Metaphoram communiter inclinant Vid:  
 Glassii *Philol. Sacra. Edit. recentissima p. 1809*, foret ergo  
 res omnis extra dubitationis posita aleam, si juxta tex-  
 tum istiusmodi expressam crederemus actionem, qua  
 non proletariè sed habitualiter sint perfecta sensuum  
 organa, auditus sc. visus, loq; velæ, gestus &c. ut quemad-  
 modum Theologus his post DEUM mediis animæ habi-  
 tum acquisivit, ita quoq; habitus iste redundaret ad ex-  
 ternos sensuum actus ut in istis etiam per habitum con-  
 tingant *αισθησια γυμνασµενα προς διακρison καλε η κακῃ*  
 Gleichsahm auff den Streit-Platz woll abgerichtete  
 Sinnen / nicht des Leibes / sondern des Gemüthes (cre-  
 diderim: so woll des Gemüthes als des Leibes), wer oft  
 kämpffen muß / mercket viele Vortheile seinem Gegner  
 abzugewinnen / Er wird starck und hurtig an Gliedern /  
 weiß Ernst und Vorstellung woll zu unterscheiden; Also  
 ein Christ / der es mit der Welt ihren Lügen Kräfte und  
 den

den Teuffel selbst oft gewaget / nicht weniger die hohen  
Geheimnissen woll überleget / gefasset und wieder den Ir-  
thum versochten hat / weiß am besten wie alles zu verste-  
hen / wie Licht und Finsternis hatte. Vid. Hedingerus  
ad locum cit.

§. XXI. Profundissima his de momentis in appli-  
catione ad Dei Ministrum differit parrhesia Magnus  
noster faxit Deus per plures adhuc annos! Fechtius *De  
praecipuis Oratoris Ecclesiastici virtutibus Aphor. XIV. p. 36.  
Summum*, inqvens, *Ministri & longè saluberrimum artificio-  
sum est reterege ulcus, ponere ante oculos Dei Ps. XC. 8. id est,  
ita exentrare quasi & eviscerare, ut peccator turpitudinem  
ejus, jam cernere oculis, jam agnoscere animo, jam detestari  
toto pectore incipiat, id nisi minister faciat, sanguis auditoris  
ab anima Pastoris requiritur Ez. XXXIII. 8. Ideo enim Pastor  
exemplo cujusvis Patrusfamilias verbo Divino adjunctus est,  
ut verbum acuat Dev. VI. 7. Non assequuntur vocis hujus  
emphasin, qui vel diligentiam tantum & studium, vel clari-  
tatem & perspicuitatem, vel accuratam legum divinarum  
repetitionem eadem insinuari putant. Rectius, qui dum vident  
à gladio vel cultro metaphoram esse desumptam, quem, ut di-  
scindat feliciter, tractari, dissoni acui oportet, ita Minister  
Ecclesie acuere s. coris instar verbum divinum penetrantius  
reddere debet, ut acutius omni gladio bicipiiti secet & pertin-  
gat usq. ad divisionem anima & spiritus, compagum quoq. &  
medullarū & discernat cogitationes & intentiones cordis Hebr.  
IV. 12. Verbum quidem divinum in se hanc virtutem à se in-  
separabilem habet, sed acutius & efficacius eandem exserit,  
si illud ritè & rectè secet Minister 1. Tim. II. 8. i.e. divitias ejus  
studiosè aperiat, virtutem in ea latentem quasi eliquet, us  
antiquo verbo utamur, ad personas casusve presentes pru-  
denter accommodet, abscondita eorum manifestet: 1. Cor. XIV.*

G

25. in

25. in ipsum peccatoris meditullium loquatur, nec tam verba, quam mera proferre & in precordia infigere tonitrua videatur. Non quidem omnium est divinum hoc loquendi robur, diversa sunt Dei dona, quæ non una mensura, sed prout Dominus vult, dispensantur, 1. Cor. XII. 4. 11. Veruntamen enitendum est cuilibet ad eum gradum, quem divina ei gratia & natura sua facultas admetiuntur. Non perfunctoriè, non ignavè, non negligenter quicquam agendum, sed summa cum sollicitudine, cum timore Dei & tremore, cum sudore vultus sui laborandum est &c. Vah! quanta Textuum personarum & actuum observata! quot non in mari muneris adeo inexhausti experiemur scopulos atq; Syrtes? quæ non in dijudicandis explicandis & eruendis ambagibus scommata. Δωατὸς debet esse Doctor ut sciat, ὡς ἔκαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ υἱανέσῃ ἐ contrario etiam τὰς ἀνπλέροντας ἐλέγχει Tit. I. 9.; ast quam vastus exinde dijudicandorum labyrinthus? & quot sinuosi & inextricabiles recessus?

§. XXI. Certandum est contra principatus, contra potestates, contra mundi potentes tenebrarum seculi hujus, contra spiritualia malitiæ in subcælestibus Es. VI. 12. Standum est contra insultus Diaboli v. 11. extinguenda sunt omnia tela malitiosi iniqua v. 16. Vah! quid nostra foret armatura contra μεθόδειας & ἀγβόλυς nisi adesset πασιπάλια & οὐδὲ ὀμνίperiissemus momento; quam sæpe proh deficit Intellectus noster vel in iis, quæ per gratiam cœlestem offeruntur. Assumitur equidem baltheus veritatis v. 14. & thorax justitiæ, induuntur calcei pacis v. 15. apprehenditur clypeus fidei v. 16. & cingimur galea salutis v. 17. sed nisi gladius Sp. S. i. verbum Dei nos confortaret indefinenter causa caderemus ubivis, hinc ingenua semper Davidis atq; Nostrum erit confessio: *Tu illuminas lucernam meam.*

7100

Jehova Deus meus splendere facit tenebras meas, adeo ut te-  
 cum contundam turmam & cum Deo meo transiliam murum  
 &c. Ps. xxix. 9. si & ex hoc omnino caveamus puncto, ne  
 malitiosa resistentia lumen istud abigamus ab intellectu  
 nostro, memores istius, quod Chrylostomus Hom. xxi. in  
 Cap. Matth. VI. 13. p. m. 21. Ehis inculcavit verbis: Quod oculus  
 corpori, hoc intellectus est anima. Ut enim nequaquam optes  
 auro ornari, veste serica conspici, si sit oculis tibi carendum,  
 sed horum procul dubio sanitatem desiderabiliorem rebus omni-  
 bus judicares: qua si tibi certe depereat, nihil te jam reliqua  
 vita delectat: quanto hoc magis pro oculis debes mentis effice-  
 re? Sicut enim postquam corporalium oculorum lumen extin-  
 ctum est, pleraque jam membra suo usu ac officio carent, lumi-  
 ne ipsis extincto, ita etiam mente caecata, innumeris prorsus ma-  
 lis vita tua cumulatur. Quemadmodum igitur in corpore hoc  
 maxime providemus, ut oculos habeamus incolumes: sic etiam  
 in anima intellectus conservemus salutem. Si vero caecamus  
 istum, quo aliis quoque debemus lumen inferre: Unde jam ipse  
 poterimus aspicere? Sicut enim, qui caput ipsum fontis obstru-  
 xit, totum simul exsiccavit & fluvium: sic etiam qui oculum  
 mentis tenebris obduxit, omnes quoque vita istius actus una con-  
 fusione caecavit. Propter quod ait: Si lumen quod in te est, tene-  
 brae sunt: ipsa tenebrae quantae erunt? Quando enim lucerna  
 extinguitur, quando gubernator mergitur, quando dux ipse  
 capitur, quae tandem subditis supererit spes salutis.

§. XXII. Cum sic scyllam inter atque charybdim  
 navigemus quotidie in mari exitiabili & discrimini lapsus  
 continuo subjiciamur, hinc Apostolus Jacobus pruden-  
 tissima usus est cautela, monens Cap. III. 1. Ne multi Do-  
 ctiores estote fratres mei, scientes, quod majus iudicium accipi-  
 amus, saepe enim labimur omnes. Quae ratio ( loquor cum  
 Schmidio Resolutione Ep. D. Jacobi p. 21. ad l. c.) desum-

C 2

pta

ta est à causa majoris iudicij, lapsibus scil. peccaminosis, am-  
bitiosorum istorum plurimis: fundata autem est partim in ge-  
nere, infirmitate corrupta natura nostra, qua ita compa-  
rata est, ut etiam renati multoties labantur omnes, nedum illi,  
qui sua ambitione spiritum regenerationis amiserunt aut in  
ambitione sua ab eodem non reguntur. Dixi, inquit, Apostolus  
majus nos sumpturos à Christo iudice iudicium condemnatio-  
nis, si in spiritualibus ambitiosi affectaverimus esse Doctores.  
confirmo hanc rationem hoc argumento: Quicumq, multoties  
& gravius, quàm aliàs ambitione sua peccant: illi majus &  
gravius etiam à Christo iudice sument iudicium. Atq, quis-  
quis ex nobis temerè affectaverit esse in Ecclesia Christi Doctor,  
ille multoties & gravius, quàm aliàs ambitione sua peccat.  
Ergo majus etiam & gravius à Christo sumet iudicium: Quod  
probandum erat. Minor manifesta est. Majorem probo: Si omnes  
nos qui renati etiam sumus, & extra peccatum istud ambitio-  
nis mortalis constituti, multoties tamen in docendi officio s, ver-  
bis saltem ex infirmitate labimur: multò magis illi, qui ex tur-  
pi ambitione docendi officium affectant, & hoc suo peccato spiri-  
tum regenerationis excusserunt ex ordine suo, non tantum ex  
infirmitate, sed damnabiliter peccabunt, multoties atq, gra-  
vissimè. Atq, prius omnes sc. nos etiam renatos multoties, saltem  
ex infirmitate labi, ex doctrina nostra Apostolica & fide Eccle-  
sia certum est. E. & posterius. Vid. Consequentia itidem.

§. XXIII. Ut nunc specialia quædam adjungamus,  
tunc Regeniti etiam experiuntur Precipitantiam Iudicij,  
quæ est neglectus iudicij in considerandis rerum circumstantiis  
& rationibus, Becmannus *Lin Doctr. Mor. Cap. IV. §. XII. p.*  
*90.* quamvis enim caveant, ne sint breves ad iram s. præ-  
cipites per apertam malitiam Vid. *Prov. XIV. 17. 29.* &  
*Geierus ad l. c. nihilominus quàm sæpissimè mutant gu-*  
*rum cum Davide. i. Sam. XXI. 14. Vid. Guffetius Comm.*  
*Ling*

Ling. Hebr. p. 301. Aut si dictum hoc probaret, quod David ad  
 verba *Ministorum* terrore nimio percussus, verum inciderit  
 delirium, & sic inordinatas palpandi spumandiq; actiones edi-  
 derit. Quam sententiam non ita pridem asseruit M. Jo.  
 Christ. Ortlob in Dissertatione exhibente: *Davidus deliri-  
 um coram Achis.* conterri nihilominus posset Pl. cxix.  
 66. ubi sic precatur David *למנני טוב טעם ורעה* *Doce me,*  
 ut Castalio non malè vertit, *benè judicandi facultatem.* Vid.  
 Polus ad l. c. quam & sententiam Guffetius assumpsit,  
 scribens: *potest verò intelligi facultas judicandi, imò comple-  
 etendo potentiam cum habitibus eam confirmantibus, benè  
 dixerit de eà, doce me: bene quoq; coordinaverit hanc cum  
 רעה.* Cum autem petiit David *Judicii discretionem,*  
 conf. quod de Abigaele legitur, 1. Sam. XXV. 33 ipsemet  
 confessus est, quod hac aliquando careat, aut præcipiti  
 abutatur abreptione.

§ XXIV. Clarioribus hunc defectum indigitavit  
 Salomo Regum sapientissimus Eccles. V. 1. monens: *Ne  
 precipites os tuum,* postquam enim de præparatione cor-  
 dis ad Dei cultum ingenere præcepisset, hic de *specialiori-  
 bus* precibus votis &c. agit Vid. Polus ad l. c. & si hæc  
 vox denotaret, *istiusmodi commotionem, qua seipsum quasi  
 deserat homo & extra se nescio quò abeat,* ut ex Neuman-  
 no assumpsit Dn; Alberti in *Porta Lingua Sancta* p. 4. a.  
 diceretur, monitum eò tendere, ne *judicium, quo assi-  
 stente divina gratia polleat quispiam, temere deserat  
 aut præceps in objecta ruat, quæ reipta postmodum mala  
 sunt & velut mala apprehendi potuissent, id quod piis  
 haud rarò accidere solet, qui in precibus ad objecta sæ-  
 pius tendunt ex effectu non tantum, sed & ipso solido  
 scrutinio intelicissima; ut sat congruè Canticum quod-  
 dam Ecclesiasticum hunc exhibeat rhythmum,*

War' es / wie ich's angefangen?  
Und woll' gerne sah' ergangen!  
O wie Ubel war ich dran!  
Aber du Herr / der mich liebet!  
Lubst mich / da ich war betrübet  
Und mach'st guth was ich verthan!

DeVotis eadem res est, laborant etenim scēpius præcipi-  
tancia quæpiam haud vulgari: In censuram non vocavero  
istud sanctissimi Jacobi Gen. XXIIIX. 20. si unde quis  
forte an erueret frustra: *Quid ergo si contraria omnia eve-  
nissent Jacobo, si mendicorum more vita ipsi fuisset trans Eu-  
phratem, sine spe reditus agenda, annon Jehovah avi & pa-  
tris Deum coluisset?* Vid. Clericus Comm. in Gen. ad l. c.  
& plures ap. Polum. Quamvis enim Clericus ad vs. 20.  
vires contra Jacobum spiraverit rectissime, & multis  
reliquis prætulit preces istas, id tamen semper erit in  
principio: An, quod asserit Clericus, sit probatum? In Vo-  
tis sc. quæ iis temporibus nuncupabantur, nihil penè  
legi præter divitias aut alia id genus, quæ Christiani ex  
1. Tim. VI. 8. abhorreant; Nam nequidem de Gentilibus  
asserere audeat promiscuè, longè minus de Patribus V. T.  
valebunt. Potius manebit cum gloria Versio Megalan-  
dri nostri Lutheri. *So soll Er mein GOTT sein. Simul  
etenim, (loquor ex B. Seb. Schmidio in Annot. ad Gen. p. 15.  
hoc observandum, quæ nonnunquam locutiones, quæ viden-  
tur absolute, sint revera comparativa, qualis etiam hic lo-  
cutio: q. d. Eris mihi magis DEUS h. e. devotius & constan-  
tius te colam, quàm unquam, ad testandam gratitudinem  
meam. Et quamvis Frankius ex Sauberto R. Salomonis  
sententiam assumpserit quam & contra Dn. Beckium  
asserere nisus fuit Dn. Michaelis in Modesta Responsione ad  
Exam. XIV. Dict. Philolog. Dict. VIII. p. 67. adducens huic  
fini*

fini Versionis Arabicæ particulam: **נָשָׂא** *Utiq, profecto, sanè.* Eadem tam facilitate fluet hæc paraphralis: *Si fuerit Deus mecum ex promisso per insomnium dato, & custodierit me in Via hac, qua ego ab eo & dederitq, mihi panem ad comedendum & vestem ad induendum, ita ut revertar ad domum patris mei: Tunc erit mihi specialiori quopiam cultus modo in Deum & profectò lapis hic, quem posui statuam, erit domus Dei*

§. XXV. Clarius Præcipitantiæ iudicii relucebit in Voto Iudicis Israelitici Jephthæ, quod sic legitur Judic. XI 31. *Si dando dabis filios Ammonis in manum meam: Tum fiet; Exiens, qui exiit extra januas domus mea in occursum mei cum reversus fuero cum pace de filijs Ammonis erit Jehova & offeram illum in holocaustum.* Prolixiora avertor nec disquiram denuo: An Jephtha filiam suam immolaverit? an verò virginitati mancipaverit perpetuæ? Catalogus enim & pro & contra disputantium prostat in B. Pfeifferi *Dub. Vexat. p. 396.* & in sequentibus prior sententia per B. hunc Theologum adeò solidè asserta, ut ego equidem causam dissensus nondum nactus sim, quid etiam Dn. Jo. Jacob. Schudt, *In Vita Jephthæ fato, voto & facto Insigni* objecerit in contrarium, cujus Excerpta tradunt. A. E. L. *Ad 1702. p. 3.* so potius cum B. Pfeiffero Jephtham in vovendo venialiter peccasse statuo, dum bona quidem intentione, ast inconsideratò o's suum aperuerit; quanquàm non dubitem Jephtham votum suum inconsideratum post bimestre deliberandi & voti temeritatem agnoscendi spatium exequendo peccasse mortaliter. Vid. Pfeifferus l. c. & Calovius *Bibl. Illust. ad l. c.*

§. XXVI. Colophonem addet rei Vir juxta cor Jehovæ & unctus Ejus David, in Nabalem justa equidem, sed immodica & nimis protensa excandescens ira, qui ob prædestinationem & præcipitantiæ iudicii hæc apud animum

num statuere ausus fuit, 1. Sam. XXV. 22. ut postmodum per Abigaelem placatus diceret ipse versu 34. *Vivus Jehovah DEUS Israelis, qui prohibuit me à faciendo malum tecum: nisi festinasses & venisses obviam mihi, si relictus fuisset Nabali usq; ad lucem matutina mingens in parietem.* Nam quod sic ira accensus (scribo ex Wellero in Comment. ad l. c.) pergit ad occidendum Nabalem, peccat. In quo illud discamus, sanctos non semper regi à Sp. Sp. sed nonnunquam praecipuos à carne s. Diabolo labi errare & delinquere, ut intelligant se nondum veterem illum hominem prorsus mortificasse, sed adhuc in carne & sanguine vivere; Debuisset enim prius Deum consulere de puniendo Nabale. Sic legimus multos pios imbecillitate carnis victos aliquando errasse & peccasse ut Act. XV. 39. legimus, acerrimam fuisse contentionem ac dissidium inter Paulum & Barnabam & utrumq; iratum discessisse. Petrus cum Gentes cogebat judaizare Gal. II. 12. non tum regebatur à Sp. S. Nec David tum à Sp. S. regebatur cum jubebat numerari populum. Hujus generis per multa exempla ex Historiis sacris & Ecclesiasticis possunt colligi. Addideris & cum fructu Dn. M. Christoph. Samuel Scheff, in Philolog. Dissertatione, quæ sitit Davidem contra Nabalem Lipsiæ An. 1703 habitam. Conferatur & Exemplum Davidis ad Philistæos fugientis 1. Sam. XXVII. 1. s.

§. XXVII. Refertur hic communiter Locus ex Ep. ad Galatas VI. Ubi sic adhortatur Apostolus: *fratres, si etiam praecipuus fuerit homino in aliquo lapsu, vos, qui spirituales estis restaurate talem Spiritum mansuetudinis.* Cum enim dicatur: *καταργήστε τὸν νότον* & verò vox *καταργήτε* modum aliquem inferre credatur à chirurgis, qui fractum aut luxatum membrum restituunt, istiusmodi membrum verò non sit planè demortuum, hinc & concludunt dari istiusmodi *ἔργα νόμων* iudicii atq; actionum, quibus tamen

men aliquis gratiam Sp.S. non plane exuat atq; pessundet,  
 Credunt & aliqui, quod derivatio serviat ipsa, cum *ἀπολογία*  
*ἀπολογία* ex ipsorum eadem mente sit à *ἀπολογία* & *ἀπολογία* & sic  
 leviter errare denotet, sicuti, qui manibus in contingendo  
 aberrat Vid. Leighii *Critica Sacra*. p. 457. a. quæ & opinio  
 de levibus delictis dicitur apud Schmidium *communis &*  
*recentium & veterum interpretum sententia* Vid. *Comment.*  
*ejus in Ep. Gal. Cap. VI. 1. p. 117.* Addatur & D. Breithaupti  
 Dissertatio exhibens *Animadversiones Exegeticas & Dogma-*  
*tico-Præcticas p. 42.* Verum enim verò jamdum Pasor  
 suo tempore ad nomen *ἀπολογία* notavit, quod non veni-  
 ret à *ἀπολογία* & *ἀπολογία* unde regulariter *ἀπολογία* sed non *ἀπο-*  
*λογία* oriri posset; quare miror quod Leighius istam re-  
 coxerit cramben & malo (loquor cum Schmidio) *locum*  
*explicare de quovis lapsu parvo & magno, qui castigatione*  
*opus habet. In omni enim homine occupatur, à carne vel errore,*  
*dum prius vincitur, quàm vincit; turpissimè autem vincitur,*  
*cum lubens vincitur.* Tunc autem, ut cœtera taceam, nil  
 obstat, quo minus hic etiam locus doceat præcipitan-  
 tiam judicii, qua luxentur quasi & impetu quodam projici-  
 antur vires intellectus, ut bonum haud assequantur &  
 sine intento careant.

§. XXVIII. Non verò tantum præcipitantia judi-  
 cii regenitos invadit, sed & pugnandum est cum *inad-*  
*vertentia, quæ est neglectus actualis cognitionis rerum.*  
 Hanc advertit inq; eandem animadvertit sanctissimus  
 Deus, fœderis etenim antiquati & Veteris sunt sacrificia  
 ignorantiam juris expiantia Lev. IV. 2. s. quæ & non tan-  
 tum inter plebejos adinventæ, sed potius conspurcavit  
 ipsos Dei unctos Sacerdotes & caput ipsorum Pontificem  
 Lev. IV. 3. s. principes populi vs. 12. s. animas de populo l. c.  
 27. s. & totam Israelis congregationem v. 13. s. s. scribit Clericus

D C. 172.

*Comment. ad h. l. & v. 3. Per errorem תגגש LXX. Interpr. habent inscius non sponte, quia, quæ à nobis ita committuntur, ut si sciremus verita esse, nulla ratione ea ut committeremus adduci possemus, ab invitis fieri merito censentur. Aquila verterat ἐσθμια, ut Vulgata: per ignorantiam, sed cum תגגש sit errare, maluimus vertere: per errorem, qui tamen semper est cum Ignorantia conjunctus. Vid. infra versiculo 16. 22. 27. & Cap. V. 17. 18, Apparet autem ex v. 3. hic esse sermonem de ignorantia juris, non de ignorantia facti. Adjicerem his, quæ Clericus habet, observationem eruditissimam B. Varenii ad Cap. Lev. IV. Deo. I. Loc. VIII. p. 25. quæ hujus est tenoris: תגגש non absolvitur ignorantia, sed & includit incogitantiam, precipitantiam, ubi quis affectu sive concupiscente sive irascente abreptus facit interdictum &c. Et quamvis in Hebraicis versatissimus Guffetius Comment. Lingv. Hebr. p. 38. b. observato quopiam Philologico nobis infestus videatur, scribens: Notabile est duplicans תגגש solere dici de errore inculpato & à nobis non pendente, ac proinde nobis imputando. Contra autem תגגש usitatum esse de errore culpabili ex morali cæcitate & ἀβελΐα voluntario nata. Mox tamen adjecit: At tamen & ipsum תגגש crimini deputatur Ps. cxix. 67. Vice versa תגגש Lev. IV. 13. pro eo, quod versu 2. proponitur sub nomine תגגש cuiq; respondet idem hoc nomen in versu 22. & 27. ubi quidem in singulis capitulis Articulis error videtur inculpatus momento commissionis, nec ad eam expiationem egens nisi ceremoniali hic prescripta, postquam innotuit; quoniam semper inter erratum & expiationem ponitur manifestatio ejus rei, tantquam post adveniens.*

§. XXIX. Sunt & sacrificia ignorantiam facti conciliantia e. c. super hunc qui tetigit cadaver Lev. V. 2. f. ubi divinus vult Legislator, istos, qui tetigerunt res immundas, etiam inscii, nec tamen se quasi immundos gesserunt (Vid. infra

fra Cap. XI. 24. 31. XP. i. Num. XIX. 16.) *debere* **QUN** hoc est sacrificium pro delicto, quod ignorant. Hæc autem multa ideo videtur Hebrais imposita, ut ab immundorum contactu sollicitius sibi caverent, debet autem hic subintelligi **לך ונרע** & innotescat illi quod in superiori capite habuimus; nam frustra diceretur multam solvere debere, ob peccatum, quod ei & alii ignotum semper futurum esset. Vid. Clericus ad l.c. sic & v. 14. Scitantur sacrificia super prævaricantem in rebus Jehovæ sacris de cujus peccati modo videantur ap. Polum plures ad l.c. & fortean istiusmodi inadvertentiæ species erui possent satis multæ, nisi chartis parceremus; Inferunt vero ac præsupponunt semper species talismodi incuriæ & inadvertentiæ intellectus defectum, nec rem conficiet, quod ex opinatis Gussæti Vid. §. XXIIIX. ceremoniali demum sacrificio expientur, nam & hoc intendit revelare depravationem mentis ejusdemq; correctionem promovere. Interim vel hodie adhuc exhibitus judicii ac intellectus nostri defectus multifariâ obtinet, sic tædet sæpius cognoscere & scrutari, quæ ad nos quam maximè spectant, vilipenduntur summè necessaria evertis & elevatis levioribus, nauci ducuntur ipsa principia præ superficialiis; supra DEUM & Revelata sapimus incurii dogmatum salutariorum, rationes expiscari conatur, ubi fides tantum sufficit. Quæ omnia per inadvertentiam sæpius subrepunt & locum habent ad tempus, ut vel hi, qui ex DEO nati sunt, se non satis observent, ut peccatum & malignus eosdem non tangat conf. i. Joh. V. 18. Unde more suo acutissimis sic rem absolvit verbis B. noster Lutherus in Operat. ad Psalmos, quæ jamdum A. 1519. prodierunt, p. m. 413. Queritur, inquit, de Davide unde ista delicta & errores servo DEI, qui custodit judicia Dn., & cui lex innocens, fidelis, recta, electa & omnibus modis amabilis est? An & dilectio

non est plenitudo legis, Annon custodit servus DEI, judicia Dei aut mentitur sese custodire? Respondet Apostolus Rom. VI. Corpus mortuum est propter peccatum, Spiritus autem vivit propter justificationem, unde & in hoc Propheta Spiritus docet fideles Christi simul esse peccatores & sanctos; & condelectari servireq; eos mente legi Dei & carne legi peccati. Quantum enim credunt, tantum justi sunt. Quantum vero carnem habent, tantum peccatores sunt, caro enim concupiscit adversus Spiritum & Spiritus adversus carnem. Carnem autem, ut dixi, non crassam hanc partem nostri intelligimus, sed affectum carnis occultissimum & astutissimum, caput sc. serpentis, à quo nemo satis sibi cavere potest, qui & facit, ut nemo errores suos intelligat & in multis offendamus omnes & occultis inquinemur, ut non sit justus in terra, qui faciat bene & non peccet. Stat ergo sententia: Donec in carne sumus, nemo suos errores intelligit, ideo cum Jobo VII. omnia nostra opera vereri oportet & scire, quod in conspectu DEI non justificabitur omnis vivens.

§. XXX. Nec tantum deficit Intellectus Regnitorum, quod hactenus vidimus, sed & ex opposito quoad cognitionem & dijudicationem vitiosè excedit, Sic non est minimum curiositatis vitium. Crediderim, quod propter tales Paulus ad Thessalonicenses scripserit, 1. Theff. V. 14. *ἵνα οὐκ ἀναζητήσῃτε τὸ πρόσωπον τοῦ ἀνθρώπου*, quod & cum monita locum haud invenerint, præceperit 2. Theff. III. 6. ut vident eosdem & si nec ex hoc pudefierent, per literas indicarentur v. 14. Vitium verò ipsum 2. Theff. III. 11. significatur citra dubium, quando Apostolus carpit istos velut *ἡδονήματα ἀλλὰ ἀκατάστατα*. Audimus, inquit, quosdam ambulantes esse inter vos inordinate, nihil operantes, sed vanè satagentes.

§. XXXI. Sed non levis erit disceptatio; in quo

wei

*ἢ ἐργαζομένου* istud exactè confiterit? Alii ad segnitiam & ignaviam in laboribus corporis reflectunt; sic Theophilactus commentatur: *Secedite à quovis hominum, qui inordinatè id est per ignaviam & segnitiam vitam degerit, sive opulentus, sive inops, sive sanctus sit ille. Inordinatum hunc dixerim, quo pacto? Certè vel ex ipsa inertia Nam & ab ipsis facinoribus abstinebit & ad sales, vel deliramenta quadam & nugas se conferet;* Rationem laboris manualis sumunt ex v. 8. ubi Paulus de se & Parastatis, dicit, quod fuerint *ἐν νότῳ καὶ μὴ ἐν ῥύτῃ καὶ ἡμιερῶν ἐργαζόμενοι, πῶς τὸ μὴ διαβῆσαι τίνα ὄμων*, addunt ex versu 9. expressam Apostoli causam, qui nempe id fecerit, ut daret *ipsis typum ad imitandum.*

§. XXXII. Alii segnitiam quamvis in operibus officii, significatam credunt, qua in terminis officii sui se quis continere detrectat; quemadmodum enim verbum *ἀτακτία* Metaphoram infert desumptam à consuetudine in bello usitata, ubi milites stationes suas assignatas habent, quas si relinquunt, inordinatos & incompósitos se reddunt Vid. Leighius ad verb. cit. Ita ordinem promiscuè relinquunt & deserunt omnes siue manuariam siue aliam. exercent artem, aut item muneri cuidam præfecti sunt, quo turpiter funguntur, ad extranea sæpius vel inaniter applicati Non malè Dn. Gumprecht observavit in *der Blumenlese der Griechischen Sprache* p. 840. quod particula *οὐκ* inferat aliquando eine vermittelung / verderbnis / qua ratione *οὐκ ἐργαζομαι* designet: *Ich thue nachlässig oder auch vorwitzig / fazele mit meinen Thuen umher / bin Küchen rüchtig / bin wo ich nicht sein soll / tendele umher.* Cum ergo species curiositatis sint, (1) *Cumea quarimus quæ ad nos non spectant* (2) *cum minus necessariis maxime studemus* (3) *Cum difficiliora quarimus neglectis principiis* (4) *Cum illa*

illa scire cupimus, quæ Deus non revelavit (s) cum non simpliciter  
acquiescimus in Dei voluntate sed rationem ejus videre cupimus  
Conf. Becmannus *Lin. Doctr. Mor. Cap. IV. §. XIIII. p. 104.*  
Crediderim ego, quod & regeniti aliquando *ἀντιτας* vi-  
vant & in hoc vel isto *ἑσθὲν ἄλλοι* esse possint; ad mini-  
mum, quod tententur quam læpissimè ac titubent, dum  
ordinis, sint negligentes, atq; nec se, nec alios revocare ad  
ordinem aut divinitus imperata exsequi cupiunt. Conf.  
Eruditissimi M. G. Raphaelii *Annot. Philolog. in Nov. Te-  
stam. p. 276.*

§. XXXIII. Ut verò nimia curiositate extra aleas  
vagantur ita *inani etiam aestimio eruditionis ac scientia  
sua abripiuntur* aliquando, cum scilicet ubi nihil ferme ac  
parùm solidè quid didicerunt, nil tamen seignorare opi-  
nantur, aut si fortean in uno excellent vel altero, fastu  
qvopiam turgere incipiunt & judicio suo cuncta ferunt  
accepta. Tales habebat, vel ex regenitis Corinthus, nam  
*ἰσοματὰ* sententiarum 1. Cor. I. 10. excitabant *ἑαυδῶς*, dice-  
bant enim contra se invicem v. 12. *Ego sum Pauli, Ego Avol-  
linis, Ego Kepha, Ego Christi.* Quamvis & videantur in ve-  
ritate divina adhuc consensisse, qui lites demum move-  
runt haud necessarias circa ea, quæ doctrinam ipsam non  
ita directè attingunt. *Nonnulli enim* (loquor cum B. Ægid.  
Hunnio *ad Ep. cit. p. 34.*) & imprimis *judæi conversi*, qui Co-  
rinthidegebant, præferebant Paulo Petrum, quod hic videre-  
tur de levitica lege sentire magis honorificè. Deinde conversi  
ex Gentibus præferebant Paulum, quod tanquam *Gentium*  
Apostolus diligenter admodum urgebat doctrinam de liberatio-  
ne Christianorum Gentilium à lege ceremoniali. Rursum alii  
præsertim ex vulgo atq; plebe propter eloquentia facultatem,  
qua præditus erat Apollo, præferebant hunc Petro & Paulo.  
Erat itaq; contentio de personis Doctorum, aliàs idem proorsus de  
omni

omni doctrina Christiana sentientium. Horum alios alii  
 anteferebant Corinthiis non sine caeterorum despectu & hac ita  
 fiebant contentiose, ut in manifestas scinderentur factiones sine  
 omni causa, nec tamen sine gravi & acerba totius Ecclesia  
 perturbatione. Haec tamen omnia praesupponebant &  
 implicabant propriae scientiae ac iudicii turpem & cul-  
 pandam elevationem.

§. XXXIV. Et hac quidem de causa citra dubium  
 Cap. IV. 19. *πφουσιμειν* dicuntur conf. v. 6. & 18. Cujus  
 furfuris plura conferri poterunt indicia Cap. V. 1. 2. VI. 1.  
 VII. 1. VIII. 1. s. XI. 2. s. 17. s. 21. s. XII. 1. 31. XIV. 1 & c.  
 More etiam suo B. Calovius rem acu tetigit Bibl. Illustr.  
 ad 1. Cor. IV. 19, scribens: *Inflati sunt nempe sapientia opi-  
 nione, quod ad Doctores imprimis pertinere videtur.* — Venire  
 ergo vult, ut cognoscat & retundat insolentiam eorum &  
 palam faciat, eos inani jaektantia verborum & securitate  
 inflatos tumere, nihil verò rerum virtutisq; subesse & c. adda-  
 tur Balduinus ad l. c. Solet etiam despectus proximi  
 individuo hoc vitium comitari gressu, hinc suo tempore  
 Melanchthon ad Ecclesiasticis Cap. VI. 17. *Ne te ipsum sapi-  
 entem puta nimium*, concinna usus fuit explicatione, scri-  
 bens. *Nimia sapientia, h. e. nimia subtilitas fit cavillatrix,  
 rixosa, πλυσταγματικη, sophistica, ἀπλοζικη ut dixit Menan-  
 der. Leges bonae sunt, sed si quis eas nimis subtiliter interpre-  
 tatur, fit sycophanta* — Ideo multa extant admonitiones de  
 fugienda illa cavillatrice sapientia. Et Agesilaus dixit: τὸ  
 λίαν δίκαιον σέφασσι ἐστίν.

§. XXXV. Referri hic congruè posset monitum  
 istud Paulinum Rom. XI 20. ubi ad stantem in fide sic  
 fatur: *μη ὑψηλοφρόνας*. *Ne altè sape.* Sicut itidem ad Ti-  
 motheum 1. Tim. VI. 17. scribit: *Divitibus in hoc saeculo pra-  
 ceipe, ut non sapiant alta.* Non male Leighius: *Verbum ὑψη-*  
*λοφρο-*

το φρονεῖν emphaticum est. Non cogitate alta, non suscipite  
 sublimes cogitationes de vobismet ipsis. Alta sum mente; ple-  
 rumq; in malam partem sumitur, pro nimis alta sum mente. Et  
 Et Eruditissimus Dn. Raphael Libr. cit. ad Rom. XIII. 3, qui  
 locus hic congruè potest esse parallelus, sic commentatur:  
 Monet ergo Paulus, ne quis sit immodicus estimator sui, nec  
 ea sibi arroget, quæ ipsi data non sint. Alia enim aliis à Deo  
 tribui dona. Suis ergo quisq; utatur, aliena ne affectet; id  
 quod solent homines sibi præfidentes, qui temerariis inflati  
 opinionibus omnia à se quàm aliis, rectius fieri posse arbitran-  
 tur. Quam arrogantia notionem verbo huic subjiciendam  
 esse, Apostolus ipse indicat particula *μὴ* ὁ δὲ φρονεῖν. Cujus  
 hæc sententia est: sua quævisq; bona sic nosse oportere atq; asti-  
 mare, ut non pluris ea, quam decet, faciat, & superbiam atq;  
 arrogantiam fugiat, suasq; dotes non contemnendi alios sed  
 adjuvandi occasionem ducat & ut ait Calvinus in h. l., neq; in  
 alienas se ingerat partes, neq; unus omnia simul habere expetat;  
 sed sorte sua contentus, libenter ab alienis vicibus usurpandis  
 absteineat. Cont. Rom. XII. 16. 17. ubi Hedding. in suis notis non  
 malè habet: Blehet euch nicht auff in euren vermeineten  
 Wissen/ Gaben und Erfahrung/ sondern strebet nach der  
 Einfalt/ und der Göttlichen Weisheit/ die sich gerne sa-  
 gen/ die Fehler untersagen/ und des bessern berichten lasset  
 1. Cor. VIII. 2. Jac. III. 17.

§. XXXVI. Scaturiunt ex hoc turbido fonte  
 plures sæpius perditæ ac venenati rivuli, sic multos vide-  
 bis, qui omnia sibi tributa cupiunt & in hoc gloriantur  
 quod per se profecerint & inventores sint memorabilium  
 quorundam, quæ tamen aliis omnino debent; cum & acce-  
 pta Præceptoribus honorificè quæpiam possent deferre,  
 evorum & famam & nomen potius supplantare ac con-  
 spurcare satagunt; Quin & Præceptores observabis, qui  
 in

in subfelliis celebrium superbiunt Antecessorum & plus quam dictatoria vi ubiuis eminere convescunt, incurri de cœtero partium suarum, quibus in defessis fungerentur conatibus; & quæ habent Memoires de Brontome 1. Part. fol. 147. De Lantreco pluribus applicaveris, non enim de uno fotean poterit dici: *En choses de la gerre* (scriberem: de l'Estude des Lettres) *il étoit tenu en telle opinion, que méprisant tous les conseils des autres, il amoit mieux faillir de par soy, que d'estre enseigné par les autres.*

§. XXXVII. Sic porro qui sapiunt aliquid, id sibi tantummodo datum atq; hæreditarium opinantur, nec ad alios aut venisse, aut cum tempore & studio venire posse persuadentur; Aliquando ut fortunâ ac sorte præcellunt, ita etiam mentis dona metiri gestiunt bonorum ulna; Multi dum consulunt alios ne aliena eguisse videantur prudentiâ, in diversa ac deteriora transeunt, aut si forsâ cedere coguntur, id cum rancore & exæstuatione faciunt, ne quidem memores hujus, quod in propria causa simus hebetiores; Deprehendes & plurimos qui ne consiliis factisq; aliorum laus & fama lucro sit, ipsosmet malos & consilio superatos directè aut indirectè sustinent, quin probos laceßere & doloribus torquere solent, ne ex probis consiliis optimè meritas capiant unquam voluptates; Jam equidem effectus vel potius defectus hos adeò enormes non amplius vindico venialibus peccatis, sed pro peccatum deprehendo *consummatum & parturiens mortem* Jac. I. 15. Atq; quid de fomite & motibus, delinimentis ac stimulis dixeris, annon & his affigerentur ipsi regeniti? dicam majus, abripiuntur sæpius & degenerant momentis non excusabilibus, quæ, ni continua interveniret pœnitentia, abriperet ipsos plenariò ad statum iræ.

E

§. XXXIIX.

§. XXXIIIX. Crediderim, quod sanctissimus Petrus  
eò intenderit digitum 1. Pet. IV. II. admonens: ἡ τῆς λαλῆ  
ίας λόγος Θεῶν — ἵνα ἐν παντί δοξάζηται ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Si  
quis loquitur, tanquam oracula DEI (loqvatur) ut in omni-  
bus glorificetur DEUS per Jesum Christum. Sic enim Eccle-  
siae potissimum Doctores memores esse voluit, quod non  
vulgaria poetarum & philosophorum tractent themata  
schedasq;, sed purum potius Dei verbum, quod sanctis  
manibus sanctoq; sit tractandum corde, nec ad inanem  
proinde sui ostentationem, sed solius Dei gloriam profe-  
rendum. Is etenim sanctissimi verbi tenor est, ut cum ipsam  
Dei intentionem referat, quin, quod majus, in hoc verbo  
ipse Deus ad homines loqvatur, cautissima lingua & devo-  
tissimo opus sit corde, quod frequentibus & ardentissimis  
oret suspiriis ex Pl. CXIX. 18. *Revela oculos meos ut vide-  
am mirabilia è lege tua & ex Pl. CXXI. 3. Custodi januam la-  
biorum meorum!* &c. Ex quibus omnibus hoc utiq; fluit,  
quod & in concionibus cunctisq; circa explicationem  
sanctissimi Codicis susceptis occupationibus velut gra-  
vissimis actionibus consideratissima & placitis divinis  
consentanea requiratur circumspectio & solertissima cu-  
ra, ne effutire quicquam videamur, quod tontibus nec  
debeamus, nec commodum credi poterit.

§. XXXIX. Non quidem hic diffusa & longo cir-  
cumscripta anfractu se sistet deductio, per quæ sc. media  
hanc nanciscamur gratiam? fontes etenim jam hausimus  
iplos, & sic satis erit, si significemus, quod fanaticam  
Uctionē, quā ex sublesta Johannei istius, quod 1. Ep. II. 20.  
legitur, detorione exigunt, detestemur omnino, Quamvis  
& partes itidem dederit suas Dn. Franck in den Amer-  
ckungen über einige Dertter Heil. Schrift p. 540. I. ubi  
corrigenz in anem quorundam & garrulam atq; inconcin-

nam

nam parrhesiam, hæc adjecit: Die Ursache alles solchen eitelen Ruhms ist/ daß solche Leute die Salbung von dem heilig ist 1. Joh. II. 20. nicht empfangen haben / oder nicht darin bestanden sind und die Gnade und Gabe des heil. Geistes nicht kennen/sondern was sie bloß mit natürlichen Kräften gefasset und gelernet haben für den heiligen Geist halten. Nos tamen opinamur, quod Pessimè ex hoc Johannis dicto exprimat hęc consequentia: *Quicumq; unctiõne habent à sancto, illi per immediatam diriguntur revelatione, & per experientiam quandam mysticam plura sentiant plenius manifestata, ut ex hac eadem causa falli nequeant aut fallere unquam, cum potius sciant omnia. Nec concederem sine reculatione hanc; Quicumq; unctiõnem habet à sancto & omnia scit, ille manu ductione, scrutamine atqve studio nullo penitus eget; Sancto Ministerio facillimè caret, Sacramentis opus non habet, & nec ad normam fidei, nec ad normam professionis de fide obligatur. Dicerem potius, quod inter nientia culta infelix lolium & steriles dominantur avenæ.*

s. XL. Unctio est etenim nil aliud quam effectus Spiritus S., quo corda credentium per unicum illud illuminationis medium, verbum sc. suum collustrat & jubare celestis veritatis perficit, ut non habeant opus, ultra hoc sc. verbum, in quo Christus & Spiritus S. unanimiter unaq; majestate ac virtute operantur, instruunt ac confirmant, Joh. XVI. 13. f. Doctore quopiam alio; in quos potius redundaverit celestis gratia in omni sapientia & intelligentia Eph. I. 8. Conf. s. superius asserti XIX. & seq. Collegit hæc suo more, hoc est claro non minus quam solidissimo Summe Rev. Dn. D. V. E. Lotcherus in sein. Evang. Zehenden. Part. II. p. 30. scribens: Was die Salbung alhie bedeute/ das zeigt uns der liebe Jünger Jesu ja deutlich genug. Sie soll dasjenige seyn/ daß wir von den Heil. Geist

Geist empfangen haben / v. 20. 27. Im 24. v. heisset es / das /  
was die Christen vom Anfang gehöret haben; Wie denn /  
wenn wir diesen v. mit den 27. zusammen halten / Son-  
nen klar ist / daß die Salbung eben diejenige Erkenntnis  
Göttlicher Dinge sey / die man vom Anfang seiner wahren  
Bekehrung aus dem Anhören Göttliches Wortes gefasset  
hat. Solche heisset nun nach einer Morgenländischen  
Redens Art die Salbung: Denn weil in den heissen  
Morgenländern diejenigen / denen man besondere  
Ehre anthun / und sie bey Gastereyen und sonst mit einer  
ausnehmenden Ergehung bedienen wolte / gesalbet wurde  
den / ja weil man auch öffentlich Könige und Priester sal-  
bete und Gott selbst durch dieses Zeichen die inwendigen  
herrlichen Gaben / die Er ihnen mittheilte / anzeigete / so  
entstand bey den Heil. Männern Gottes die Gewohnheit /  
daß sie das Suchte / was der Heil. Geist in den Kindern  
Gottes durch Mittheilung sonderbahrer Gaben wirkete /  
auch die Salbung nenneten. — Insonderheit aber wird  
hie auff das Stück der Salbung gesehen / da ein Christ  
gnugsame Wissenschaft von allen / was zu seiner Seelig-  
keit nöthig / hat: denn diese Gabe und Wirkung des Heil.  
Geistes / welche nicht unmittelbar in uns kömpt / sondern  
eben das ist / was wir gehöret haben / v. 24. lehret uns ge-  
nugsam / daß wir kein ander Evangelium brauchen.  
Conf. interim de Abusu hujus Dicti ap. Pontif. B. Strau-  
chii specialem Dissert & in nostram assertionem *Dorschau*  
*Libius* & quos *Polus* recensuit.

§. XLI. Hæc ergo sanctissimi Spiritus unctio  
perficiet etiam Intellectum Regenitorum & confirmabit,  
ne exeat ex ore nostro sermo putidus, sed si quis bonus ad edifica-  
tionem necessitatis ut det gratiam audientibus Eph. IV. 29. Sic  
aufertur omnis amaritudo & furor & ira & clamor & blas-  
phemia

phemia, cum omni malitia & erimus invicem benigni, miseri  
cordes, nobis condonantes, sicut Deus in Christo nobis condo-  
navit v. 31. 32. Si & fortean hæc semina & malorum  
protrusaprehendemus lolia, nostrum erit, ut eradice-  
mus & falce continua refecemus ac corrigamus quæ ob-  
stant & impediunt. Felicius eveniet hoc per gratiam Sancti  
Sp. & veritatis æternæ, quam fortean vi moralitatis nudæ,  
ex qua Amelotus Dans son Tibère Chap. CXXIV. fol. 265.  
scribere potuit: Rien n'est plus indigne d'un Prince (dice-  
rem: d'un honeste homme) que la Vanterie, qui est la cam-  
pagne du mensonge. Outre qu'exaggerer ses propres actions,  
c'est provoquer la curiosité d'autres en sorte que si l'on vi-  
ent à découvrir, que ces actions ne valent pas le prix, que  
leur a donné celui, qui les a faites, comme il arrive tres-sou-  
vent: l'on passe aussitôt de l'estime & de l'admiration au  
depit l'avoir admiré & on mepris de celui, qui a voulu avoir  
des applaudissmens, qu'il ne meritoit pas Conf. Reinhardus  
Theatr. Prud. Eleg. p. 662. & l'Abbé de Bellegard dans ses  
Reflexions sur le redicule p. 98. de la sottise Vanité

§. XLII. Nec hic equidem defectuum est finis,  
sed & observare licebit in ipsis regentis sciendi tadium &  
Scepticismum quempiam, quomodo propter dubia quæ-  
dam difficiliora inquisitionem penitorem averfantur, di-  
ceres hoc vel hodie eruditissimis convalescere Philologis,  
qui advertentes accentuationis Sacræ difficultates, tergi-  
versantur & quamvis detestentur omnino Cardinalis Bembi-  
malitiam, qui cum in id totis viribus incumberet, ut in so-  
luta oratione Ciceronis puritatem, ac in ligata Ovidii asse-  
queretur suavitatem facilitatemq;, Cardinalis factus & a quo-  
dam à collegis admonitus, sacris Literis operam ut daret &  
Prophetica ac Apostolica scripta evolveret, inverecundè  
professio ac impiè respondit, se semel illa legisse & valde fuisse  
offensum

offensum, cum ob humile & vile dictionis genus, tum ob res ipsas: nusquam enim se apud ullum Scriptorem legisse Orationem, minus compositam & coherentem, aut in omnibus partibus minus consentientem: amissurum quin etiam quod reliquum haberet pietatis, si semel præterea Sacra Biblia legendo perlustraret. Vid. Ant. Borremansii *Varrarum Lectionum Liber* p. 126. Nihilominus tamen ad colophonem usq; ascendere detrectant, metuentes ne tempus & operã perdant & scrupulis offendantur magis, quam liberentur. Alius fuit mentis & propositi Rev. ac Clarissimus Dn. Jo. Frank. qui non tantum publicavit Anno 1701. *Antidotum Chiliasmatis ad Apoc. Cap. XX.* & Ao. 1703. *Abyssum Mysteriorum & beneficiorum ductu* תּוֹב מִיַּבְיטָה ex Es. IX. 6. Anno 1706. item *Quædam novarum observationum ad Gen. IV. 1.* & *Job. XIX. 25. s.* & postmodum *quædam, neganda, & comanda* harum observationum, quæ nisi incuria bibliopolæ haud frugi intercidissent, præla jam dudum superassent; sed & cum Anno 1700. orbi erudito dederat Schedium sub titulo *Lucis tenebrosa*, quo de Accentuationis hebraeæ Imperfectione & hinc orta difficultate inextricabili, eamq; emendandi necessitate differuerat; nunc opus quoddam incomparabile & xxx. quin plurium annorum prælo paratum donat, in quo Accentuationis *Orthodoxia* pro virili defendit, & facem in dubiorum recessibus præfert, contraq; Novaturientes judiciosissime disceptat; Concilient fata operi huic favorem & largas Dn. Bibliopolarum manus!

§ XLIII. Si biblica quæreremus exempla, tunc sunt abunde satis in promptu, sed seligemus demum aliqua ex Novo Testamento; Adverto itaq; istiusmodi sciendi & de rebus, quæ scrutamen poscerent tenacius, inqvirendi tædium in Emaunticis Discipulis; Quid acciderat gloriosa Resurrectionis die ordine dato non referam

600

referam, recensuerunt siquidem & abolverunt plurima, quæ in controversiam venire poterant Ufferius *Annal. Novi Test.* p. 638. s. Job. Clericus *Harmon. Evang.* p. 366. s. & in *Histor. Christi* Cap. LXV. p. 224. s. Speciatim verò Dn. M. Nic. Köppen in *Disp. de Domini nostri Jesu Christi apparitionibus post resurrectionem Earumq. ordine.* Id demum pressius perpendo, quod præviis adeò multis apparitionibus & resurrectionis documentis, de veritate nil speraverint, & quæ facta fuerant, puris transcribant fallacibus conjecturis, quibus confidere nollent, quare & abeunt ac in ipsa via, quæ acciderant, in omnem partem volventes desperant & *αυτοπρανοί* manent; ita quidem ut postmodum Christus *vl. 25.* istos corripere ac reprehendere, discipuli verò defectus hos sentire potuerint. Vult equidem Lightfootus *Horis Hebr. in Evang. Luc. ad Cap. XXIV. v. 21.* ex observatione quæpiam Rabbinnica de die tertia, quod Cleophas recensens fata Messiaë non dubitaverit adeò, cujus potius hic fuerit sensus: *JESUS ille fuit magnus opere & verbo, & talem se præbuit, ut de eo conciperemus, quod Messias esset, redempturus Israellem. Et præter hæc omnia, quæ ei tali attestantur, attestatur etiam ipse hic dies. Nam cum de die tertia celeberrima sit apud nos observatio, hic est dies tertius ex quo ille est crucifixus, atq. hodie dicunt quadam femina apud nos, quod ab angelis ipsis dictum, quod resurrexerit.*

§ XLIV. Sed circumstantiæ Textus contradicunt latis & mihi de cætero jamdudum post alia multa, quæ Incomparabilis Dn. Lightfootus in Hebraico præstitit studio quæq. infinitas merentur laudes, non placuere plura in favorem Hæreticorum obvia, quorum sum referri potest Summæ Rev. Dn. D. H. Cœnzii, Lubecensium Superintendentis vigilantissimi & longè Celebrissimi

berrimi Sylloge Observationum Theologicarum Job. Lightfoot  
Theologo Anglo modestè oppositarum. Et præterea diu satis  
capere non potui collationem Rabbinicarum Observa-  
tionum cum factis & verbis Jesu Christi, unde factum,  
ut avidissimè arriperim, quæ eruditissimus Dn. Bernard  
Dans Nouvelles de la République des lettres An. 1707. Moy  
de Novembre p. 527. cum refertur Mr. Basnage Histoire des  
Juifs his circumstantiis & verbis observavit: Il y a des  
gens, qui ont si fort estimé le Thalmud, que peu s'en faut  
que quelques-uns ayent avancé, que Jesus Christ, qui  
condamne les Traditions Juives en avoit puisé. Tout ce,  
qu'il a dit de plus excellent. N'est-il pas ridicule, l'écrie  
très-justement là-dessus Mr. Basnage de vouloir, que Je-  
sus Christ ait emprunté ses paraboles est ses Leçons des Thal-  
mudistes, qui n'ont vécu, que 300. ou 400. ans après lui? Est  
ce donc que Jesus Christ ou ses Apôtres n'ont pu rien imaginer,  
que ce que les Juifs leur dictoient? pour quoy veut-on que les  
Thalmudistes, postérieurs au Fils de Dieu, n'ayent pas été ses  
copistes & lui laisser la gloire de l'invention, qui lui appartient  
par l'ordre des tems? la plupart des Paraboles, qu'on trouve  
dans le Thalmud, sont différentes de l'Évangile & on y a  
presque toujours un autre but — On a recueilli quantité d'  
expressions & de pensées des Grecs, qui ont rapport avec celles  
de l'Évangile. Dira-t-on pour cela, que Jesus-Christ ait  
copié les Écrits des Grecs? On pourroit le dire avec plus de  
vrai-semblance, parce que ces Auteurs avoient vécu & pu-  
blié leur ouvrages avant Jesus Christ. Cependant ce seroit  
là une fausseté évidente. On dit que ces Paraboles étoient  
déjà inventées; mais d'où le fait-on? Il faut devinez, afin  
de faire des Pharisiens autant de Docteurs originaux, & de Je-  
sus-Christ un Copiste, qui empruntoit ce, que les autres avoi-  
ent de plus fin, & de plus délicat. J'ay rapporté ce passage  
tout

tout au long, parce que j' ai été bien aise de me voir confirmé dans une opinion où je suis il y a long tems. J' avoué, que je ne saurois soutrir qu' on trouve dans le Thalmud tout ce que Jesus-Christ a dit de meilleur. Lightfoot a jetté bien des Gens dans cette pensée; Mais avec le respect, qui est dû à ce savant Anglois, je ne le prendrai jamais pour mon guide.

§. XLV. In censum venient itidem omnes discipuli Marc- XVI. 14. & memorabili quopiam casu Thomas Joh. XX. D. cujus peccato conferrimeretur Chrysostronus Hom. LXVI. in Job. Nec attendunt proh vel ipsi Regenti sæpius exemplum Abrahami, qui ex Rom. IV. 20. adversus promissionem Dei non disceptavit, ut scrupulos immitteret gressibus, aut hos qui sentiebantur, timidus nimis ejicere nollet, fingunt potius dubia, ubi nulla sunt, & quæ per negligentiam deserunt, ne vitio conspurcentur, disceptationi submitunt, aut quod ipsis probabile adferunt, etiamsi sacro derogetur hoc ipso codici; Infirmissimos in fide etiam non semper ulnis misericordiae recipiunt multi, quos potius scrupulosus suis agitant atque confundunt rixis & tricis, quod & de rebus divinis scrutari non cupiunt, aut dum scrutantur, minus probabile opinantur, hoc semotum negligunt, quin planè pessundant; è contrario, quod ipsis arripit, hoc contra verba sacerrimi codicis ingerere satagunt; parum respicientes, quo jure quæve injuria hoc fiat; Scriberem his quæ Witius *Miscellaneorum Sacror. Tom. Alt. p. 204. Exercit. VII. §. XXV.* contra Clericum docuit: *Non, inquit, quia nobis fortasse probabile videtur, rem aliquam tali modo facilius fieri potuisse, idcirco colligere licet eo illam modo revera esse factam. Et projectò grande nefas est, contra claram ac perspicuam sacre historie narrationem nescio quam probabilitatem obtendere. Quicquid ea dicat, quantumvis improbable, verum tamen ac certum est. Quicquid ei contrariatur, licet seposita sacra historia probabilissimum censeatur, admissa tamen ejus historie fide, non jam probabile amplius, sed liquido falsum est. Non expectant divina Volumina à Christianis pectoribus appositae fictarum probabilitatum ratiocinationes, sed humile fidei obsequium.*

F

§. XLVI

§. XLVI. Solent & aliquando Regeniti nimia æstima-  
tione fidei alterius s. credulitate laborare & in rebus suspectis  
aut dubiis autoritate magis, quam veritatis divinæ abripi  
norma. Sic I. Reg. XIII. *Vir iste Dei veniens ex Iehuda cum ver-  
bo Iehovæ in Beth Elem clamansqve contra Altare per verbum  
Iehovæ, cum falsitatem deceptoris Prophetæ non adverteret  
& contra mandatum Dei rediret, abiens tandem, inventus est  
à leone, qui occidit eum, ita ut cadaver ejus projectum esset  
in via, quod rebellis fuerat ori Iehovæ.* Scribit eximie B. Hie-  
ron. Wellerus *Operum Latinorum Sect. l. p. 283. Doctrina hujus  
loci est ista; Diabolum tribus potissimum artibus solitum esse, nos,  
qui caelestem doctrinam amplectimur, & confitemur, evertere, &  
ad abnegationem veritatis impellere. Aut metu periculorum &  
suppliciorum, quæ nobis Tyranni minantur, aut illecebris volupta-  
tum πῆψαλογίας καὶ ψευδογίας impiorum Doctōrum. Sed omni-  
um efficacissima fallendi ratio & techna sunt prestigia τῶν ὀφθαλμῶν  
scilicet πῆψαλογίας Pseudo prophetarum, sicut in exemplo hujus Prophe-  
ta, qui à Juda venerat, conspicitur. Non enim promissis rega-  
lium munerum induci poterat, ut mandatum Dei transgrede-  
retur, sed ψευδογία & mendacium senioris Prophetæ illum everte-  
runt. Rectè igitur Paulus, dicit Rom. XVI. 18. Impios Doctōres  
οὐκ εἰς ψευδογίας καὶ εὐδογίας ἐξαπατῶν τὰς καρδίας τῶν ἀνάκων.  
Historiæ omnium temporum testantur, semper plures à confessione  
veritatis per πῆψαλογίας impiorum Doctōrum quam metu suppli-  
ciorum aut promissis honorum coporalium avocatos fuisse. Quare  
magis cavendum nobis est ab insidiis ψευδοδιδασκαλῶν, quam à Ty-  
rannorum savitia &c. Et in antecedentibus heroicè com-  
mentatur: Ad hanc velut Sathanicam vocem junior Prophetæ  
aures suas debuisset occludere & aufugere, nihil moratus senioris  
Prophetæ preces, & blanditias. Er hätte sollen davon lauffen  
als brennete ihm der Kopff sed vincitur & succumbit tentationi.  
Addatur Clericus in comm. Philolog. ad V. T. Libros Hist. & Loc. citat.*

§. XLVII. Videris quosdam faciles adeò ac leves,  
qui autoritate Viri cujusdam egregij perciti quasi & ablati  
sunt, ut nec conceptu nec verbis contradicere unquam aude-  
ant,

ant, etiã si scientia & experientia conjuncto renitantur pōdere.  
 Descripsit ac correxit hos supra citatus l' Abbè de Bellegarde  
 de lib. cit. p. 185. his verbis: Il y a une espece de charme dans la com-  
 plaisance, à quoi il est comme impossible de resister; on affectionne  
 aisément des gens doux & commodes, qui entrent dans tous nos sen-  
 timens, qui applaudissent à tout ce que nous disons, qui ne se  
 rebutent ni de nos mauvaises humeurs, ni de nos caprices. Il  
 faut cependant avertir ces personnes si commodes, que la complai-  
 sance poussée trop loin ennuje à la fin, & qu'elle se fait mépriser.  
 C'est être flatteur ou fat, plutôt que complaisant, de n'oser contre-  
 dire des gens, qui débitent impunement des extravagances & qui  
 s'exposent à la risée & post pauca p. 187. adjicit: Rien ne rend un  
 homme plus agréable, ni ne le fait rechercher avec plus d'empresse-  
 ment, qu'une complaisance polie & dispensée avec les ménagemens  
 nécessaires; c'est-à-dire qu'il n'y ait dans ses manieres rien d'  
 affecté, ou qui sente grossièrement la flatterie. Dans les occasions  
 où les gens ont besoin de nôtre secours, il faut témoigner de l'ar-  
 deur à les servir; mais il ne faut pas avoir la complaisance de le faire  
 quand ils exigent de nous des services déraisonnables, qui sont con-  
 traire les regles de l'honneur, de la conscience & de la probité.

§. XLVIII. Ut hos fatuitate quadam diceres credulos  
 sic & deprehendes alios, qui negligentia tales sunt, horum  
 accensendus est ordini Dux iste divinus Josua cum Principi-  
 bus suis Cap. IX. 14. fœdus cum Gibeonitis paciscentes, potu-  
 issent etenim resciscere & experiri Gibeonitarum conditionē, &  
 Deum consulere, Conf. Clericus ad l. c. unde hujus & negligē-  
 tiæ inculantur. His jungeres alios, qui citra causam opinan-  
 tur, quod veterum monumentis & Doctorum tractationibus  
 nihil accedere possit vel ad demonstrationum vim ac robur,  
 vel ad evidentiam & facilitatem, vel ad ordinem deniq; ne-  
 xum que; & hinc securis calcant glaciem plantis, quæ tamen  
 disparet aliquando & solis solvitur æstu, qualia autoritatis fra-  
 gilia atqve fallacia præjudicia aversaretur regegitus; Non malè  
 de excessu admirationis observavit Cartesius de passionibus ani-  
 me Part. II. Art. LXXIX, quod apud aliquos sistatur attentio in



*Sola prima Imagine objectorum, quæ sese obtulerunt nulla ulteriori eorum cognitione comparata, unde veniat habitus, qui disponat animam ad subsistendum eodem modo in omnibus aliis objectis, quæ sese offerunt, si modo ei aliquantulum nova appareant. Quod æquidem sit, quod foveat diutius morbum eorum, qui coecè curiosi sunt, id est, qui inquirunt in rara eo solum fine, ut ea mirentur, non ut ea cognoscant; quare & tandem paulatim fiant miriones, ut nullius momenti res non minus possint eos detinere, quam ille, quarum inquisitio longè utilior foret. Diceres ergo de turpi istiusmodi credulitate cum Gualdo in vit. Pinelli p. 90. Multorum malorum mater est credulitas. Illa & Pocnitentia germane sorores sunt uno partu editæ.*

§. XLIX. De præcipuis me tantundem aliquid dixisse, satis adverto, sed in præsens propositum sufficere hos æquidem defectus posse autumo, si demum observabitur, quod quæ dicta sint multis in circumstantiis voluntatem etiam interant atq; complectantur. Nam est hæc post lapsum defectuum ratio, ut intellectus & voluntatis vitia communi quasi gangræna repant & conjunctis machinationibus aberrant, ut & distinctionis punctum non sit semper in propatulo, quod tamen prævia atq; debita disquisitione demonstratu non est impossibile; Imo sollicitissimè scrutans deprehendet hoc etiam, quod per vitia voluntatis incrustetur atq; obduretur læpius intellectus nostri defectus ut emendatio postmodum impediatur hoc magis, quoniam aliquando planè expiret.

§. L. Quæ per nundinas Vernaes Lipsienses venit ad nos Pars V. Der Evangelischen Zehenden Summe Rev. atq; Celebrissimi Dn. D. Val. Ern. Löscheri, Fautoris nostri longè æstimatissimi statim num V. p. 14. tradidit einen Ausführlichen Bericht von den Seelen Kranckheiten; opinatur verò ibidem eruditissimus Autor speciatim p. u. s. §. V. s. quod morbi atq; defectus Intellectus congruè distribui possint in IV. Classes.

*Ima Classis sisteret hos, qui oriuntur ex carentia partis cujusdam ad sanum rectæ rationis usum requisite, quorum refert (1) ignorantiam (2) alogiam practicam (3) negligentiam (4) spirituales l. mentales inertiam.*

*Secunda*

*Secunda Classis exhiberet hos defectus & morbos, qui ex inordinatis & noxiis actionibus facultatum Intellectus fluere, quorum trahit (1) Profusionem Spiritualem (2) præcipitantiam (3) præsumptionem (4) distractionem (5) confusionem (6) absolutismum (7) malam judicandi consuetudinem.*

*Tertia classis sic disponitur, ut in ista collocentur morbi & defectus qui ex perversa atque contorta dispositione & applicatione virium & momentorum ad intellectum requisitorum veniunt, ubi videris (1) morbos sensualitatis (2) Phantasiæ quæ nempe sensus & phantasia Intellectus cognitionem & judicium pessundant (3) philantiam.*

IV. Classis contineret tandem & hos includeret morbos, qui ex alia quavis perditione Intellectus & congenito quopiam derivantur malo in qua prostant (1) credulitas, (2) scrupulositas, (3) fervilis animus (4) proclivitas & propendens ad errores, cum his quæ exinde sequuntur.

Congruè has classes multa ex parte cum istis conciliabis, quæ præsens exhibuit Differtatio, gratissimo igitur acceptantur complexu. Veneramur interea Omnipotentem quam devotissimè, ut illuminet Intellectum & propter debilitates nostras Spiritum atque gratiam suam subtrahat nunquam! Sic erit & manebit,

SOLI DEO GLORIA!

*Extantiores menda sic benevolè corrigantur.*

§ II. lin. 2. lege: cogitationes §. XII. lin. 14. Act. XIV. 15. §. XIV. lin. 5. l. Matthæi VI. 23. §. XVI. lin. 1: ivero. l. 14. & in seq. §§. legatur τῆς καὶ cognatis per τ. §. XIX. lin. 16. lege i. Cor. XIV. 20. 2. Cor. XIII. 11. §. XXI. lin. 10. lege: bicipiti. lin. 46. deleatur §. XXI. lin. 48. lege Eph: §. XXX. lin. 6. & detin lin. 5. Paulus. §. XXXV. lin. 9. Rom. XII. 5. XLI. lin. 12. quam. lin. 24. ridicule §. XLIV. lin. 15. leg. estime lin. 17. deleatur punctum & leg. tout & c. h. 20. lege: &

CONSPECTUS DISSERT. §.XIV. Temerariè igitur Cartesius

Præfamen ex hibet Ilagogen quan- absolutam in dijudicando perfectio-  
dam in Controversiam: An Conversio nem nobis tribuit, cujus contrarium ex  
incipiat absIntellectu, An à Voluntate? Schomero & Pl. CXIX. 33. & 34. de-

Tractationis

§. I. Homini vindicat Intellectum, §. XV. Illustrari hoc posset exemplis  
qui tamen. Jure Consultorum, Medicorum ac

§. II. Per P. O. amisit facultates spi- omnium, sed de Theologis & Sacer-  
rituales & miserè perditas deprehen- dotibus imprimis præsto est,  
dit ipsas item facultates naturales. quod dicantur τέλει Hebr. V. 14.

§. III. Opus ergo restauratione, §. XVI. Hoc verbum denotat  
quæ in hac vita non esse consum- ad finem quid deducere ex 1 Cor. XIV. 10  
mata. Sic de adultis quorsum & referantur loca

§. IV. Intellectus etiam Regeneratorū ex 1 Cor. II 6 Eph. IV. 13.  
retinet obscuritates in cognoscendo. §. XVII. Sic & Theologicè designa-

§. V. Illustrandus ergo per imagi- bit, ad finem deducere possibilem  
nem divinam indes restaurandam, Studia Theologica ex 1 Cor. XIV.  
quæ non potest dici Lux Scriptura- 20. II. 6.

ria dictione & propriè

§. VI. Longè minus fanaticorum §. XVIII. His, qui sic profecerant,  
sensu & absurda explicatione, dari potest durior & constans cibus  
ex Hebr. V. 14. Articuli sc. Fidei emi-

§. VII. Medium potius illustrandi nentiores detendendi contra adver-  
Intellectum est gratia Sp.S. in verbo. sarios.

§. VIII. Illustratio Intellectus verè §. XIX. Habent enim non tantum  
fit, aut non consummatò, probatur hoc divinitus exercitatum Intellectum ac  
Voluntatem, sed & ipsi sensus cum or-

§. IX. Exemplo Patris obsessi ganis perficiuntur quod  
filii, Apostolorum & aliorum, §. XX. quomodo in Actibus officii  
Sanctorum. gravissimis aliquatenus fiat, probatur

§. X. probatur ulterius ex 1 Cor. ex M. Fechtio, cujus eximie allatis  
XIV. 20. & Eph. IV 13. item dictis addatur Tit. I. 9. &

§. XI. Ex 2. Cor. IV. 7. Consensum §. XXI. ad Ephesios Cap. VI. 11. f.  
& ex cum Psalm. CXIX. 9. f. & Math. VI. 13.

§. XII. Dedit quadatenus Langius. §. XXII. Probatur ulterius ex

§. XIII. Laborat & Intellectus in hoc, quod grave Ministerii Munus  
Dijudicando quod probatur Pl. temere non sit affectandum ex Jacob,  
LXXIII. 15 f. Job. XXXII. 2. Gal. II. III. 1.  
II. f. Jac. II. 4.

NOBILISSIMO ET CLARISSIMO

# DN. FRESEN

prospera quævis precatur:

PRÆSES.

**C**onstitutos esse Reges, Principes ac quosvis Studiorum Sacrorum Promotores, ut sint nutritii & lactariæ Ecclesiæ, Esaias clarissime docuit Cap. XLIX. 13. His verò divinis Majestas Eorundem conformatur placitis, quando nullibi regnat aut prævalet *προσωποληψία*, nefandi istud nominis crimen; ubi vis & potius proportione certa tamen ac justa relucet honorum munerumque ordinatissima dispensatio, sic etenim adscribi meretur.

*Titani quoties conturbant aq'vora fratres*

*Tum miseros nautas ancora jacta juvat:*

*Hanc pius erga homines Delphin complectitur, imis*

*Tutus ut possit figier illa vadis.*

*Quam decet hac memores gestare insignia reges*

*Ancora quod nautis, se populo esse suo.*

Né ergo despondeas animum Amice dilectissime, non pauci equidem effluerunt anni, ubi studiis Tuis laudabiliter coeptis & strenuè exantlatis nullus exoritur honoris radius; abeunt ad informandos Juvenes generosos gratularar & spem instantis præcipiebam fortunæ, sed cum Sanctissimo id aliter visum Numini, redeuntem excepi haud minori, sed & quod Deus dabit, magis prospera fiducia; id enim nihil refert, An cito? Sed an dignè & exercitatio satis admoveamur sanctissimo muneri, scribam corde & experientia, oneris; quando enim de Ministris principum non nemo posuit

*Regum sollicita quicumque senescit in aula*

*Aut fuit, aut semper postulat esse miser.*

Id ego de gravitate muneris Ecclesiastici sic immutarem:

*Summi sollicita quicumque senescit in Aede*

*Aut fuit; Aut semper postulat esse miser.*

Dedit ergo hæc Tibi hætenus otia & dies halcyonios Deus, qui suo tempore & pro placitis divinis vocat, elevat ac exultat, ubi & quando ipsi visum est: Hic & Tui tandem erit memor, quem hætenus non relictum, sed exercitum & probatum cupit. Indubia me super plures sustentat confidentia quare non super te præcipuè, quem doctum atque probum ex alle novi *Volve ergo super Jehovam viam tuam & confide super eo cum ille facies* Pl. XXVII. 5. Nam

*Spes confisa Deo, nunquam confusa recedit.*

**§. XXIII.** Docet, quod regeniti etiã ex-  
 periantur *Præcipitantiam* **§. XXI.** hntos quodantenus applicantur, qui  
 Sam **XXI.** 1. 1. & Ps **lxxxix.** 66.  
**§. XXIV.** Idem docet Salomo **Eccl.** tionem hujus vitii excitantur, quæ  
**V. 1.** & advertitur hæc *præcipitantia* in tamen juxta.  
 precando & vovendo, ubi locus **§. XXXIX.** Sulcipi non possit per  
**Gen. XXII.** 20. contra *Clericum & Unctionem fanaticam* contra Fran-  
 Versio Lutheri contra *Franskiam* ckium, sed  
 vindicatur.  
**§. XXV.** Votum Jephthæ ex Jud. deductam conversionem & sanctifi-  
**XI. 31.** hortum trahit. cationem.  
**§. XXVI.** Exemplum Davi s is addit **§. XLI.** Unde felicissima oriatur  
**1 Sam. XXV. 22.** ex Wellerio illustratum. emendatio.  
**§. XXVII.** & cum dicto Gale **VI. 1.** **§. XLII.** Abripiuntur ulterius Rege-  
 item explicatione vocis *παράπτωμα* niti etiam *Sciendi radio* quod illustratur  
 absolvit. doctrina accentuum Hebraicorum  
**§. XXVIII.** Sentiant & Regeniti **§. XLIII.** exemplo Emaunticorum  
*Inadvertentiam* & quidem juris ex Discipulorum contra Lightfooti ob-  
**Lev IV. 2. f.** servationem Rabbincam.  
**§. XXIX.** item facti ex **Lev. V. 2.** **§. XLIV.** Tales observationes  
 & **Ec.** quorsum porro refertur locus Rabbincas ad Christum non quadra-  
**1 Joh. V. 18.** re docet ex *Basnage & Bernard.*  
**§. XXX.** Invaliditidem Regenitos **§. XLV.** exemplo omnium disci-  
*Curiositatis* vitium **1 Thesl. V. 14. 2** pulorum ex **Marc. XVI. 14 & Thomæ**  
**Thesl. III. 6. f.** ex **Jo. XX.**  
**§. XXXI. & XXXII.** docent, quid **§. XLVI.** Affiguntur porro *Credulitate*  
 sit *παράπτωμα*? *Fac* exemplo Prophetæ, **1 Reg.**  
**§. XXXIII.** propullulat etiam ex **Cor. XIII.**  
 de Regenitorum *Φιλανθία & nimium* **§. XLVII.** Ortus hujus vitii ex *afe-*  
*sui astimium*, quod probatur ex *scato astimio* corrigitur  
**1 Cor. I. 10. f.** **§. XLIX.** Item ortus *Credulitatis*  
**§. XXXIV.** item ex **1 Cor. IV. 19. V.** ex *negligentia*  
**1. VI. 1. &c.** **§. XLIX.** ad totam Dissertationem  
**§. XXXV.** Adduntur etiam *Zoca Rom* quædam observantur &  
**XI. 20. & 1 Tim. VI. 17. &c.** **§. L.** Adductis *LeRherianis* ab-  
**§. XXXVI. & XXXVII.** circumstan- solvit.

(0) 100









NOBILISSIMO ET CLARISSIMO  
DN. FRESEN

prospera quævis precatur:  
PRÆSES.

**C**onstitutos esse Reges, Principes ac quosvis Studiorum Promotores, ut sint nutriti & lactatris Ecclesiarum, Etiam docuit Cap. XLIX. 23. His verò divinis Majestas Eorum matur placitis, quando nullibi regnat aut prævalet iniquitas nefandi istud nominis crimen; ubi vis & potius proportionem cequiva justa relucet honorum munerumque ordinatissima dispensatio adscribi mereatur.

*Titani quoties conturbant æquora fratres  
Tum miseros nautas ancora jacta juvat  
Hanc pius erga homines Delphin complectitur,  
Tutius ut possit figier illa vadis.  
Quam decet hæc memores gestare insignia regum  
Ancora quod nautis, se populo esse suo.*

Nè ergo despondeas animum Amice dilectissime, non patitur effluxerunt anni, ubi studiis Tuis laudabiliter coeptis & strenue nullus exoritur honoris radius; abeunti ad informandos Juvenios gratularar & spem instantis præcipiebam fortunæ, sed cum id aliter visum Numini, redeuntem excepi haud minori, sed magis dabitur magis prospera fiducia; id enim nihil refert, An cito? & exercitatio satis admoveamur sanctissimo muneri, scribitur experientia, oneris quando enim de Ministris principum non

*Regum sollicita quicumque senescit in aula  
Aut fuit, aut semper postulat esse miser.  
Id ego de gravitate muneris Ecclesiastici sic immutarem:*

*Summi sollicita quicumque senescit in Ede  
Aut fuit; Aut semper postulat esse miser.*

Dedit ergo hæc Tibi hætenus otia & dies halcyonios Deus, quos & pro placitis diviniſſimis vocat, elevat ac exaltat. ubi & quare est: Hic & Tui tandem erit memor, quem hætenus non relicto gigitum & probatum cupit. Indubia me super plures sustentia quare non super te præcipuè, quem doctum atque probum volue ergo super Jehovam viam tuam & confide super eo tuum Pl. XXVII. 5. Nam

*Spes confisa Deo, nunquam confusa recedit.*



604